

MISCELLA
TECA NAZIONALE
B

Miscellanea

1645

TECA NAZIONALE
MISCELLA
B



Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

63.3.41.

63
E
31

~~6-34. D. 60~~

~~6-25. F. 48~~

JOANNIS HARDVINI
 Societatis JESV Presbyteri
CHRONOLOGIÆ
 EX NUMMIS ANTIQVIS RESTITVTÆ
 PROLVSI
 DE NUMMIS
 HERODIADVM.

*Bibliotheca
 Coll. Rom.*

*Sec.
 Soc. Reg.*




PARISIIS,
 Apud JOANNEM ANISSON Typographiæ Regiæ Directorem,
 viâ Jacobæâ, sub Lilio Florentino.

M. DC. XCIII. + 2. 11
CUM PRIVILEGIO REGIS.





1911



JOHANNIS HARDVINI
Societatis Jesu Presbyteri

CHRONOLOGIÆ

EX NUMMIS ANTIQVIS RESTITVTÆ

PROLVVSIO

DE NUMMIS

HERODIADVM.



Vetus adagium est, aptiorem quam in sua quemque causa patronum esse neminem: quod nuper intellexi esse longe verissimum. Inventus enim est, qui pro Eumenio ad Norisium, mox & ad Valentem scriberet: sed ea primum stili vehementia, quam ab Eumenii indole ac moribus esse alienam, ipse professus est: deinde desistente etiam ab Eumenio ipso alicubi ac discorde sententia. Ex quo gemino, opinionum scilicet stilique discrimine, tamen ille frequens auditor Eumenii est, tamen longe alium Eumenium esse ab eo, qui Eumenii Hyperaspisten egit, mox erit, opinor, omnibus persuasum. Itaque quod ille, sive obscurius paulo, sive pressius quam par fuit, de Cæsarea Herodianique generis descriptione perstrinxit, nunc demum iuvat ex ipsius Eumenii, hoc est, ex nostra sententia promere; excerptis ex majore nostro opere, digestisq; per annos singulos nummis antiquis, qui ad illam historiae partem adtinent. Nam cum univèrsam Chronologiam moliamur ex nummis veteribus & marmoribus illustrare, quorum sub-

fidio nihil esse certius deprehendimus, tum ad veritatē historię detegendam, tum ad iudicium ferendum de plurimis veterum monumentis: fas nobis esse arbitramur, priusquam in lucem publicam integrum opus emanet, de quibusdam capitibus paulo abstrusioribus, quale istud est, quod hodie no die proponimus, eruditorum sensa ac iudicia explorare, ex iisdemque proficere. Herodiadum ætatis delineatio est, tam sacris codicibus, nummis antiquis, lapidibusque consentanea, quam videbitur eadem a Josepho, aliisque annalibus, dispar ac dissentiens. Quæ ætas ut postea a nobis copiosius, si res ita ferat, conjuncteque cum historia Augusta, veluti cum integro corpore, tractabitur: ita nunc ab eo divulsâ, in brevi quasi tabella seorsim strictimque repræsentatur.

Anni ab Vrbe condita.

718 Caput Antonii Triumviri nudum, sine epigraphæ.

SOSIUS IMP. Trophæum. Infra, captivi duo, manibus post terga victis: ob captam Judæam, & Herodem ei forte simul Ethnarcham impositum. Est e gaza Regia nummus argenteus.

HPΩΔΟΥ. Uva, symbolum agri vini feracis, *in vineis Engaddi*, Cant. I, 13. Plinius, lib. v. sect. xv. *Engadda oppidum secundum ab Hierosolymis fertilitate, palmetorumque nemoribus: nunc alterum bustum.*

EΘΝΑΡΧΟΥ. Ex eadem gaza, æris minimi. Herodi priori Spanhemius quoque hunc nummum merito adjudicat. Nemo certe post hunc Herodem Herodes alter Ethnarcha fuit, hoc est, Princeps Judææ ac Samariæ. Nummi aream occupat, non galea, ut quibusdam visum est: sed flos rubentis lilii, qualis a Pli-

nio describitur, libro XXI. sect. XI. *Foris striati, & ab angustiis in latitudinem paulatim sese laxantis effigie calasbi, resupinis per ambitum labris, tenuisque filo & semine, stantibus in medio crocis, calice diversæ coloris. Laudatissimum esse in Antiochia, & Laodicea Syria, mox in Phælide Judææ, testis est idem. Ethnarcham Judææ tantum fuisse Herodem utraque nummi area indicat.*

719 In Fastis triumphalibus: C. SOSIVS. C. F. T. N. PROCOS. EX. IVDAEA. AN. DCCXIX. III. NONAS. SEPTEMBR. Romæ triumphavit.

720

721

722

723



Caput Octaviani Cæsaris nudum sine laurea. L. ΒΠΣ. Annus 282. Græcorum, autumno anni hujus iniens. Post caput Octaviani, ΝΓ aliaque litteræ exesæ, ut quidem oculi referunt. In quem annum Græcorum incurrat Octaviani victoria de Asia recepta, hic nummus Zenodori notat.

ZHNOΔΩΡΟΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗ ΓΗ... Sic enim detrita sunt litteræ istæ duæ postremæ, ut fugiant propemodum aciem oculorum. Caput Zenodori nudum sine diademate: quoniam tetrarcha tantum, non βασιλεύς fuit. Nummus perrarus, in Cimelio Illustrissimi Domini FOUCAULT, ex ære minimæ fere molis.

Caput Octaviani Cæsaris nudum, ut supra. L..... ΠΣ. Annus, ut conjicimus, idem qui in priore nummo.

ZHNOΔΩΡΟΥ ΤΕΤΡΑΡΧΟΥ
Caput nudum, sine diademate. E Cimelio D. DRON: ejusdem molis & metalli.

724 Annus primus æræ, ut dicitur, Augustanæ, post Asiam nempe receptam: ab autumno anni superioris iniens: cum & Actiaca victoria ab Octaviano Cæsare est relata. Quam vere Judæam ab Augusto captam hoc anno retulerit vetus scriptor in Isaiam libro 2. tomo 1. amplius considerandum est,

725

726

727 Sebaste ab Herode hoc anno condita. Æra in nummis primum apparet anno Christi 82. Augusti nomen, Græcè Σεβαστῆ, Octavianus hoc anno accepit, non superiore, ut Norisio visum est, pag. 444. ipsis in vitis testibus quos allegat.

728

729

730

731

732

733 Cæsarea Augusta Palæstinæ circa hoc tempus condita est ab Herode. Plinius, libro v. sect. xiv. *Stratonis turris, eadem Cæsarea, ab Herode rege condita.* Certe hic annus est undecimus æræ Augustanæ, autumno iniens, qui designari videtur in nummo, quem Patinus affert in Svetonium, pag. vi. ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ, capite Augusti laureato.) (Fortuna stat, cum ancora, & palma, & cornucopiæ: quæ sunt annonæ uberrimæ in portu Cæsareæ Palæstinæ symbola. L. ΙΑ. ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. Sicut in nummo Claudii, anno Christi 54. scriptum est, ΕΤΟΥΣ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΙΓ. Nam ea civitas, ut aliæ quædam, nunc L. nunc ΕΤΟΥΣ, in suis nummis scripsit. Alter ibidem, parte antica,

similis: in postica, ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙΣΑΡΙΑΣ.

Dea rupi insidet, spicas dextra gerens, fluvio ad pedes emergente: de quo amne in Antirrethico diximus.

ΚΑΙΣΑΡΙΑ. Ara cum igne, ob vota suscepta pro Cæsare.

ΣΕΒΑΣΤΗ in corona laurea. E gaza Regia, æris mimimi. *Cæsarea Augusta* Palæstinæ.

734 Herodes templum Hierosolymitanum instaurari jussit, si Josepho credimus.

735

736 Laudat hoc arno, ut apparet, *Herodis palmeta pingvia* Horatius, lib. 2. epist. 2. versu 184.

737 In Judæa *Herodium toparchia* fuit una ex decem, cum oppido illustri ejusdem nominis, teste Plinio, lib. v. sect. xv. De anno natali hujus oppidi, nihil certi & explorati est.

738

739

740 Phaselis, si Stephano fides, urbs est Judææ ab Herode priorè condita: Plinio convallis Judææ est, palmetis incluta, lib. xiiii. sect. ix. de nomine conjugis Herodis, ut videtur: sicut Livias ibidem, de nomine Livix Augusti.

741

742

743

744 Dedicatio Cæsareæ ab Herode, si Josephum audimus.

745 Si Josepho fides habenda esset, libro xvi. cap. ix. agenti agrum Phaseliticum cognominatum fuisse & coli coëptum post annum V. C. 744. consecrarium ex eo foret, non ante annum istum fuisse percussum nummum. ΗΡΩΔΟΥ ΕΘΝΑΡΧΟΥ, quem attulimus anno 718. Nam in Phaseliticum lilium repræsentat.

746

747

748

Herodes Herodis F. Galilææ: simul Philippus ejusdem tetrarchæ frater, Iturææ & Trachonitidis regionis tetrarchiam obtinet. Anno certe 752. quo conceptus est Joannes Baptista, solam Herodes prior Judæam cum Samaria tenebat, teste Luca: hoc est, annis quatuor ante excessum e vita: nepue unquam extra hos fines regnavit, ut dicemus in Notis.

749

750

751

752

Augusti caput. Nummus a Spanhemio descriptus, ad Juliani Cæsares, pag. 34.

ΙΟΥΛΙΟΣ ΘΕΟΣ. *Divus Julius*. ΚΑΙΣΑΡΙΑ
ΣΕΒΑΣΤΑ ΝΕΩΚΟΡ. Hunc nummum, si est genuinus, ante annum 754. cufum fuisse oportet, cum Cæsarea Palæstinæ tantum Augusta diceretur, nondum Prima Augusta: quod nomen non antea gessit, quam altera condita est in Paneade Cæsarea Augusta.

753 ΔΕΥΚΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. Lucii Cæsaris Augusti F. caput nudum.

ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. Capricornus cum Cornucopiæ, qui typus in Cæsariensium nummis passim occurrit. Est nummus gazæ Regiæ, ex ære minimo. Caper ille in piscem desinens, abundantiam annonæ terra marique indicat. Ex quo intelligere promptum est, Cæsaream hic designari, quæ sit litori maris appositæ, atque adeo Cæsaream Palæstinæ. Neque aliud in nummis pariter Augusti Capricornus significat: tametsi Antiquarii de

natali Augusti accipiunt, de quo disceptant inter se frustra, a Svetonio decepti, ut alias dicemus.

Anni æra Christiana.

1 Primus hic annus est æræ Christianæ, nato Domino sub exitu
V. C. tum anni superioris, *in diebus Herodis regis.*

714 Philippus Herodis F. tetrarchæ frater, Cæsaream Augustam alteram Cæsari Augusto donat. Ea dicitur Cæsarea Philippi in Evangelio: Cæsarea Paneas apud Plinium, & in nummis.

2

3 Herodes prior diem obit, cæsis antea infantibus a bimatu post Christum natum. Archelaus F. *in Judæa regnat pro Herode patre suo.* Matth. 2, 22. Nummus Archelai nullus exstat, qui sit sincerus.

4 De nomine Archelai regis, Archelais Judææ convallis, palmetorum nemoribus clara, apud Plinium, lib. XI I X. sect. I X.

5

6

7 Caput Augusti laureatum. E Regia gaza, ære mediocri.

ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Capricornus. ΛΗ. Annus XXXVIIII. ab Asia recepta, autumno iniens. A Cæsariensibus Palæstinæ percussus: qui more Græco Σεβαστόν dixere, non, ut Judæi, *καίσαρος* tantum.

8 Archelaus hoc anno obit: Judæa fit Augusti provincia.

ΚΑΙΣΑΡΟΣ. Spica, fertilitatis agri Judaici symbolum. ΛΘ. Palma. Annus XXXIX. Asiæ receptæ. vide Notas.

9

10

11

12

13

14 ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. *Augustus Augu-**sti f-* *si F. capite laureato.**nis Tiberii**initium**menfe**Aug.*Intra coronam lauream, *A. primus* Tiberii annus. Inferius,ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΜ. *Sib**Silano* Præsidi Syriæ, *Antiochenfium annus* XLV. ab A-

fia recepta, autumnno iniens, idemque incidens in pri-

mum Tiberii principatus annum. Est e gaza Regia, &

apud Illustriss. LAMONIUM, ex ære magno: apud

D. DRON, ex ære mediocri. At in Lamoniano legitur

ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ,

capite nuño.

15

16

17

18 ΤΙΒΕΡΙΑΣ in corolla.

ΠΕΡΙΟΔΟΥ ΤΕΤΑΡΤ. Palma. E thesauro

Mauroceni, apud Patinum, ex ære, pag. 112. Significat

Tiberiadem ædificatam de nomine Tiberij fuisse, cur-

renté anno imperij quarto. Nam ea vis est hujus vo-

cis περιόδου in nummis, ut annum currentem exprimat:

id quod duobus aliis exemplis liquet. Ergo ut Augu-

sto vivente Casaream Augustam Herodes prior, & al-

teram Philippus F. condidere: ita Tiberij jussu, cui

Claudii de patre nomen fuit, antequam infereretur in

gentem Juliam, Claudia Tiberias in Galilæa ab Herode

altero condita est. Quo ille argumento Claudiæ fa-

miliæ devotus, & jam tum φιλοκλαυδιῶν existimari vo-

luit. Hinc fit, ut nummi ΚΛΑΥΔΙΟΤΙΒΕ-

ΡΙΕΩΝ & ΤΙΒΕΡΙΟΚΛΑΥΔΙΕΩΝ,

sub Trajano & Hadriano percussi, æræ suæ initium ab hoc anno repetant: quasi æque priscam incolæ credi vellent Claudiæ atque Tiberiadis appellationem. Fuit Tiberias oppidum, ab occidente lacus Genesaræ, aquis calidis salubre, teste Plinio, lib. v. sect. xv.

20

21

22

23 Julius oppidum, in honorem Juliæ Augustæ Tiberii conjugis, ab Herode tetrarcha conditur circa hoc tempus sita ab oriente lacus Genesaræ, teste Plinio, loco jam citato.

24

25

26

27

28

29 Prædicatio Joannis Baptistæ, anno quintodecimo imperii Tiberii Cæsaris, procurante Pontio Pilato Judæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre ejus tetrarcha Iturææ, &c. Lucæ cap. 111.

30 Baptismus Christi Domini. Et ipse JESUS erat incipiens quasi annorum triginta.

31

32 Sub Pascha, Herodes tetrarcha Joannem Baptistam jubet securi percuti. Matth. xiv, 1. & Luc. ix, 7. Idem Marci vi, 14. rex Herodes appellatur, quia qui primum tetrarcha, postea idem rex fuit, ut dicemus. Itaque κατά πρόληψιν a Marco rex appellatur, quia supremo vitæ anno rex fuit: quo tempore & a Luca in Actis cap. xii. Herodes rex appellatur. Idem a Luca vicissim in iisdem Actis cap. xiii. tetrarcha nuncupatur, quem cap. xii. regem

B ij

dixerat: quia & prius ille & diutius tetrarchæ nomen, quam regis obtinuit: deinde ne priorem ibi Herodem aliquis intelligeret, qui statim Herodes ethnarcha, diutissime vero Herodes rex est appellatus.

- 33 Passio CHRISTI Domini. Solam adhuc Galilæam Herodes tetrarcha regebat. Luc. XXIII, 6. *Pilatus autem audiens Galilæam, interrogavit, si homo Galilæus esset. Et ut cognovit, quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus.*

34

35

36

37

Caii
I.

HPΩΔΗΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗΣ. L. ΜΓ. Palma.
ΓΑΙΩ ΚΑΙΣΑ. ΓΕΡΜ. ΣΕΒ. in corona. E Cirmelio Illustriss. D. BEGON, ex ære minimo. Qui mos erat in Oriente regum ac civitatum, monet Herodes, in quem tetrarchiæ suæ annum primus Caii Cæsaris annus incurrat, nempe in XLIII.

38

39

40

Agrippa, si Josepho credimus, scribit ex urbe ipsa Roma ad Caium Cæsarem pro Judæis.

41

Claudii
I.

42

ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔΗΣ. Caput diadematum.
ΚΛΑΥΔΙΑ ΚΑΙΣΑΡΙΑ, in corona. E gaza Barberina, æris minimi, referente Holstenio in Stephan. pag. 154. Alteram Cæsareæ æram hic annus aperit, quo ei civitati Claudiæ & Germaniciæ nomen ab Herode datum est. Quo ille officio se rursus sub Claudio prin-

cipe, ut antea sub Tiberio, Claudiæ gentis amicum & clientem, *Φιλοκλάυδιος* profitetur in nummo sequente. Hanc Cæsarienses æram alterumque nomen notarunt in nummo Commodi, ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΓΕΡΜΑΝΙΚΑΙΩΝ ΡΑΘ.

43 ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΟΔΗΣ *Φιλοκλαύδιος*
Caput Herodis diadematum. E Gaza Regia.

ΚΛΑΥΔΙΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ. ΕΤ. Γ.
in corona, hoc est, *ἔτος γ'. anno Claudii tertio*. Ultra quem annum cum nulli deinceps Herodis nummi appareant, hunc ipsum esse Herodem, ex eo rectè conficitur, cujus obitum narrat hoc ipso anno Lucas in Actis cap. xii. Quod & Spanhemio V. Cl. pag. 444 olim placuisse animadvertimus.

44 Circiter hunc annum Felix Judææ Præfes designatur.

45

46 Claudii caput laureatum.

ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΕΤΟΥΣ Ε. Dea rupi seu monti infidet, ut in nummo anni V. C. 733. & in altero ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΓΕΡΜΑΝΙΚΑΙΩΝ. Annus quintus hic est æræ Cæsariensium. Nummus est nuper laudatus ab Antiquario.

47

48

49

50

51 Annus primus Agrippæ prioris, cui regnum patris ac patrui concessum est a Claudio, hoc est, Galilæa, cum Trachonitide. Unde ille se & Magnum Regem & *Φιλοκλάυδιος* simul appellat in nummo vetere nuper edito.

52

53

54 ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. capite laureato.

Claudii
ultim.
Neronis
L.

ΕΤΟΥΣ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΙΓ. *Anno Casariensi-
um Palæstinae, non Claudii Principis, decimo tertio. Ca-
put turritum, ut in nummo Titi, COL. CAESAREA,
L. IB. Φ Δ Δ. Ex ære mediocri, apud D. DRON.*

55

56 *Act. xxv, 1. Festus ergo cum venisset in provinciam, post tridu-
um ascendit Hierosolyman a Caesarea. Erat Judæa pro-
vincia Augusti fisco addicta, post obitum Archelai,
ut diximus. Act. xxv, 13. Agrippa rex & Berenice de-
scenderunt Caesarem ad salutandum Festum Judææ præsi-
dem. Nusquam dicitur in Actis Agrippa rex Judææ,
sed rex præcise, vel Agrippa. Neque is Hierosolyms
tunc fuit: alioqui Festum ibi salutasset. Descendit
igitur a Galilæa Caesarem, sedem Præsidis Provinciæ,*

57

58 ΝΕΡΩΝΟΣ, in corona,

ΚΑΙΣΑΡΟΣ, L. E. *annus quintus Neronis. Spica,
Judææ Symbolum. In thesauro Mauroceni, pag. 113.
Judæa provincia sine rege, nisi Cæsare,*

59

60

61 *Agrippa junior Agrippæ F. accepit ex Senatusconsulto impe-
rium rei militaris in Palæstina, ut ex nummo liquet an-
ni 86.*

62

63

64

65

66

67

68 ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΓΡΙΠΠΑΣ ΦΙ-

Neronis
ulrim.
GalbaΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ. Caput diadematum Agrippæ
senioris. Nummus nuper vulgatus, ex ære mediocri.

Μ...ΚΑΙΣΑΡΙΑ Η ΠΡΟ Σ ΤΩΝ ΣΕ-
ΒΑΣΤΩΝ. Dea stat cum tentone & cornucopiæ,
uberis annonæ in portu Cæsariensi symbolum.

ΝΕΡΩΝ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput laureatum, adje-
cto solis sidere, quod est symbolum Orientis. Num-
mus Reg. ex ære mediocri.

Μ.....ΙΑ Η ΠΡΟ Σ ΣΕΒΑΣΤΩΝ.

Dea stat cum hasta, pede proræ navis imposito.
*Μητρόπολις Καισάρεια ἡ πρώτη Σεβασῆ Σεβασῶν, prima Augusta Augustorum, Augusti nimirum, & Claudii: quo-
rum nominibus est appellata. Nam & Augusta dicta
est in nummis, & Claudia: & ὁ προ ὦ in nummis scri-
bi, tralatitium est. Ut in Latinis autem, C. A. C. Colo-
nia Augusta Cæsarea, A. pro Augusta: ita solum Σ προ
Σεβασῆ in Græcis ponitur: quemadmodum in nummo
Crispinæ Hyperaspistes adnotavit. In mediâ nummi
area, L. ΙΔ. Annus XIV. Neronis, quo anno a Neronis
partibus stetit Cæsarea. Eam ob causam, ut videtur,
ducta in partem civitatis anno sequente a Vespasiano
colonia est.*

ΝΕΡΩΝ ΣΕΒΑΣΤΟΣ, ut supra, in eadem gaza.

Μ.....ΙΑ. Η ΠΡΟ ΣΕΒΑΣΤΩΝ. *Μητρό-
πολις Καισάρεια ἡ πρώτη Σεβασῶν.*

69 Judæa rebellante jam ab anno superiore, Vespasianus cum li-
beris ad bellum se comparat.

Vespal.

ΔΟΜΙΤ..... Capite laureato.

ΕΤΟ. ΙΘ. ΒΑ. ΑΓΡΙΠΠ. *Anno XIX. regis Agrippæ.*
 Triremis, Galilææ symbolum: quale in nummo Τριβ-
 ερέων cernitur sub Hadriano: cujus symboli vice in aliis
 ejusdem civitatis, sub Trajano & Hadriano, nunc est an-
 cora, nunc temo cum prora.

Cæsaream ducta a Vespasiano colonia est, eademque Pri-
 ma Flavia cognominata, teste Plinio, nummisque per-
 multis. Æra colonix Flavianæ idcirco ab autumnno in-
 cipit hujus anni.

70 Hoc anno Hierosolyma, ut Plinius ait, bustum Judææ effici-
 tur. Nummi IUDAEA CAPTA inscripti, anno se-
 quente Romæ cusi.

71 ΑΥΤΟΚΡ. ΤΙΤΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. *Imp. T. Caesar, ca-
 pite laureato.*

ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΕΑΛΩΚΥΙΑΣ. *Judæa capta.*
 Victoria scribit in clypeo palmæ arbori apposito. Est
 ex ære mediocri, e Cimelio Illustrissimi Domini Fou-
 CAULT. Qui hunc nummum alias sic edidit, ut in al-
 tera superficie legeretur ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΕΑΛΩ-
 ΚΥΙΑΣ, in altera ΚΑ. ΒΑ. ΑΓΡ. ii ex duobus
 nummis dissimilibus unum conflavere. Quod & e
 Constantini nummis duobus fecisse quemdam nuper
 in notis ad Lactantium, jam adnotatum est.

Domitiani nummus, ex ære mediocri, apud Patin. pag. 164.

ΕΤΟ. ΚΑ. ΒΑ. ΑΓΡΙΠΠΑ. *Anno XXI. regis A-
 grippæ.* Victoria cum palma & corona.

72

73

Titi nummus, ex ære mediocri, apud Patin. pag. 151.

ΕΤΟ. ΚΓ. ΒΑ. ΑΓΡΙΠΠΑ. *Anno XXIII. regia
 Agrippæ.* Victoria, ut supra.

74 ΔΟΜΕΤ. ΚΑΙΣΑΡ, capite laureato, Regius, ex ære mediocri. Est & in thesauro Mauroceni, pag. 116.

ΕΤΟ. ΚΔ. ΒΑ. ΑΓΡΙΠΠΑ. Anno XXIV. regis Agrippæ. Victoria, ut supra.

75

76 ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΙΤΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, capite laureato.

ΕΤΟ. Κστ. ΒΑ. ΑΓΡΙΠΠΑ. Anno XXVI. regis Agrippæ. Victoria, ut supra. E Regia gaza, ære mediocri. Hic nummus est, opinor, quem Spanhemius pag. 864 ex Seguini Museo legit ΣΕΒΑΣΤΟΣ, & Vespasiano tribuit. Tamen & Occo habet pag. 158. e Cismelio Alb. Princ. nummum sequentem:

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ, capite Vespasiani laureato.

ΕΤΟ. Κστ. ΒΑ. ΑΓΡΙΠΠΑ. Dea stat cum cornu copix, ut in nummo Casareæ, anno 43. Exhibetur iste & ab Erizzo, pag. 131.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, capite laureato. Reg. æris minimi.

ΕΤΟ. Κστ. ΒΑ. ΑΓΡΙΠΠΑ. Victoria sinistro pede galeam premit, dextra scribit in clypeo.

77 ΑΥΤΟΚΡΑ. ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΩ ΣΕΒΑΣΤΩ. Caput laureatum.

ΕΤΟΥ. ΚΖ. ΒΑ. ΑΓΡΙΠΠΑ. Anno XXVII. regis Agrippæ. Dea stans, dextra spicas, læva cornu copix gerit. Est Reg. ære mediocri.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ. ΚΑΙΣΑΡ, capite laureato. Reg. æris minimi.

78 ETO. KZ. BA. AΓΡΙΠΠΑ. Duplex cornu-
copia.

79 ΑΥΤΟΚΡΑΤ. ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΩ ΣΕΒΑ-
ΤΩ. *Imp. Vespasiano Aug.* Caput laureatum. Est
Reg. ære mediocri.

EΤΟ. ΚΘ. ΒΑ. ΑΓΡΙΠΠΑ. *Anno XXIX. re-
gis Agrippæ.* Dea stans, eum spicis & cornucopia.

Titi nummus, e gaza Medicea, referente Spanhemio.

EΤΟ. ΚΘ. ΒΑ. ΑΓΡΙΠΠΑ. Victoria cum pal-
ma & corona. Vespasiano adhuc superstite con-
flatus. Agrippæ autem nec tricesimus, nec deinceps a-
lius in nummis annus occurrit. Id quod argumento
est alium esse ab isto Agrippa illum, cujus post annos
septem annus præfecturæ vicesimus sextus notatur in
nummo Domitiani. Jedidæus Alexandrinus, sed fal-
sus testis, ut dicemus, annos xxx. nec plures huic A-
grippæ tribuit, quem & postremum Agrippam, com-
muni cum sociis errore, nuncupat.

80 Titi nummus, COL. CÆSAREA. L. IB. ΦΛΑ.
Annus XII. Flaviorum, autumno iniens. Æra Flavio-
rum adhuc consignatur in nummo coloniæ Cæsareæ,
anno primo Elagabali, ut in ejusdem chronologia dictu-
ri sumus.

81 Annus primus Agrippæ akerius, ut colligi posse videtur, ex
nummo anni 94.

82 IMP. DOMIT. CÆSAR. Capite laureato. Reg. ære
mediocri.

ΣΕΒΑΚΤΗΝΩΝ. Jupiter stans dextra hastam, læ-
va victoriolam tenet. L. ΘΡ. Mos fuit Syriæ civitatum, ut

diximus, in nummis adnotare, in quem æræ suæ annum primus Augustorum annus incideret. Itaque hic annus est CIX. æræ Sebastenæ, incurrens in annum Domitiani primum, a verno tempore etiamnum iniens, vetusto Judææ ac Samariæ more. Nam in Galilæa annus autumnino coëptus est, more Græco, quem in urbe Sebastena quoq; receptum postea fuisse verisimile est. Æram Sebastenam videri biennio a Norisio retardari dicitur in Notis.

83

84

85 BACIAEΩC AΓPIΠA. Tabernaculum: de quo dicemus in Notis.

L. E. *Annus quintus*, ex quo imperium rei militaris in Judæa gerit, quale jam in Palæstina gerebat. Tres spicæ ex uno furculo emicant, ubertatis Judaicæ symbolum. E Museo nostro, ære minimo.

86 BACIAEΩC AΓPIΠA. Tabernaculum.

L. 5. *Annus sextus*. Tres spicæ, ut supra. Apud D. DRON, ære minimo.

IM. CA. D. VES. F. DOM. AV. GER. COS. XII.
Imp. Caesar Divi Vespasiani Filius, Domitianus Augustus, Germanicus, Consul XII. capite laureato.

ΕΠΙ. ΒΑ. ΑΓΠΙ. ΕΤ. ΚΟΤ. S. C. *Sub rege Agrippa, anno XXVI. Senatusconsulto.* Caduceus insertus gemino cornucopiæ: pacis & abundantiae symbolum. E Regia gaza, ære minimo. Ex quo rex Agrippa imperium in Palæstina rei militaris accepit ex S. C. annus hic est sextus ac vicesimus.

IM. CA. D. VES. F. DOM. AV. GER. COS. XII. SALVTI. AVGVST. S. C. Ara. ΕΠΙ. ΒΑ. ΑΓΠΙ.

C ij

ET. ΚΣ. Vota suscepta toto imperio pro salute Domitiani Aug. ab anno 84. quæ Romæ percussus alter iste nummus est ex ære mediocri, apud D. DRON, IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. X. OC. SALVTI. AVG. Ara. Infra, S. C. At prior ille e Cimelio est Illustriss. D. BEGON, Cæsareæ Palæstinæ percussus.

87

88

89 ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΓΡΙΠΠΑ. Tabernaculum.
L. Θ. *Annus nonus.* Tres spicæ, ut supra. Apud D. DRON, ære minimo.

90

91 ΑΥΤΟΚ. ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ, capite laureato.
ΦΛΑΟΥΙ. ΝΕΑΠ. ΣΑΜΑ. L. ΑΙ. *Flavia Neapolis Samaria*, anno XI, Sunt eæ voces in corona laurea, cum gemino cornucopiæ. E regia gaza, ære mediocri. Alter e Cimelio Droniano: ΦΛΑΟΥΙ. ΝΕΑΠΟΛΙ. ΣΑΜΑ. L. ΑΙ. cum palma. *Annus XI.* Verius tamen ad annum Domitiani primum, quam ad istum, hi nummi pertinent, ut dicemus in Notis.

92

93

94 ΚΑΙΣΑΡ. Δ..... Caput Domitiani laureatum.
L. ΙΔ. ΒΑΣΙ. ΑΓΡΙΠ. Victoria scribit in clypeo.
Annus est XI V. regis Agrippæ: qui annus in eadem idcirco nummi area cum nomine Agrippæ conjungitur, autumno iniens. Pulsos in Oriente Arabas Parthos-

que a diversis Domitiani ducibus vel legatis, quorum haud postremus Agrippa rex fuerit, hic nummus insignis docet, qui est in Cimelio Droniano, ex ære mediocri, Cæsareæ pariter in Palæstina conflatus. Hoc anno, qui Domitiani quoque XIV. est, gratulantur Cæsari victoriam aliæ similiter Palæstinæ civitates: ut Raphia, cujus æram Norisius biennio remoratur: & Ascalo. Item Cæsareæ Cappadociæ, in nummo ex ære mediocri Cimelii Droniani: ΜΗΤΡΟ. ΚΑΙ CΑ. ΕΤ. ΔΙ. cum Argæo monte. In antica parte caput est Domitiani laureatum, detrita epigraphæ,

95

96

Ner-

væ 1.

IMP. NERVA. CAES. AVG. P. M. TR. P. COS.

II. P. P. capite laureato.

FISCI IUDAICI CALVMNIA SVBLATA. S.

C. Palma, Judææ symbolum. E. gaza Regia, & Cimelio Droniano, ex ære magno. Judæa fisco Augusti addicta, non fuit ante hunc annum Senatui Populoque Romano reddita. Unde & balsamum Judaicum *fiscus* Principis serebat, vendebatque, teste Plinio, libro XII. sect. LIV.

97

98

Trajani Imp. annus primus.

C iij



NOTÆ.

Ad annum Urbis Romæ DCCXVIII.

I. *Quo anno principatus Herodi fuerit
adsignatus.*

VICTORIAM a Sosio relatam fuisse nummus hoc anno allatus docet, cum imperium rei militaris in Syria sub Antonio Triumviro gereret. Triumphavit de Judæa Romæ Sosius anno sequente, ut Fasti docent, quos retulimus. Hoc igitur anno capta sunt Hierosolyma, eodemque Herodes impositus Ethnarcha Judææ a Sosio, Antonii & Octaviani jussu. Neque enim ultra annum post rem strenue feliciterque gestam differri triumphum illo ævo mos fuit. Itaque a Josepho, qui Herodis initium, & illud quidem, ut voluit, alterum, anno superiore statuit, non sine causa discedimus: ut & ab auctore brevis Chronologiæ, *Seder Holam Zuta*, qui regnum Profelytorum, ut appellat, in Judæa, hoc est, Herodiadum, annis centum ac tribus usque, ad Urbis excidium circumscribit, ejusque proinde initium, conjicit in annum Urbis Romæ DCCXXI. Tamen hunc sequuntur calculum hodieque Judæi in suis Calendariis: sed Europæi tantum, a vafro admodum genere hominum delusi, abhinc annos vix dum quingentos. *Occisus est autem Antigonus*, inquit ille, pag. 60. *anno centesimo tertio regni posteritatis Machabeorum. In ejus vicem substitutus est Herodes filius Antipatri, Machabeorum servus, qui rebellans totam familiam dominorum suorum trucidavit. Regnavit autem annis duobus: nempe, opinor, ut Herodis pessimi principis typus*

fuisse Saul credatur, duo pariter duntaxat Herodis anni commemorantur. Et pag. 61. *Anno centesimo tertio regni Profelytorum, qui est annus CCCCXX. a templo restaurato, ter millesimus DCCCXVIII. ab orbe condito, venit Vespasianus, & solo squavit edem.* Fabulam præterea de Herode ac puella Maclabæa describit ex Talmude Bartoloccius, tomo tertio Bibliothecæ Rabbinicæ, pag. 956. quam si quis conferat cum tragœdia de Mariamne apud Josephum, plus in ista fortasse concinnitatis atque artis, nihilo certe plus veritatis, quam in priore deprehendat.

Agebat Herodes ætatis annum xv. si vere prodidit auctor Antiquitatum Judaicarum, quisquis est, anno V. C. DCCCVIII. Galilæam Herodi commissam fuisse, *ὅτι πάντα πασι ὄντι, ἡ γὰρ αὐτῶ ἐγγυρόν μόνον ἔτη, cum esset omnino juvenis, annos duntaxat quindecim natus.* Atqui, ut recte Sallianus admonuit, si Herodes circiter Lxx. annum de vita exiit, quod istius testificationi passim creditur, septimum supra vicesimum tunc annum agebat, non quintum decimum. Sed vanus scriptor fortassis nihil aliud eo loci spectabat, quam ut ex Herode priore heroismagni speciem informaret, atque imaginem principis Cyro Xenophontis nihilo inferiorem effingeret, ne desideraretur in egregio opere splendida quoque istiusmodi fabula. Itaque in puero generosam indolem, occasionem peropportune oblatam promendæ virtutis, denique jam tum in eo excelsa omnia supra ætatem commentus est: idemque postea priorum quæ scripsisset oblitus, senectutem illi quidem, ut erat propositum, heroë dignam impertiit: sed cum præteritorum annorum serie minime congruentem. Nam qui *ἡ* pro *ἡ*, hoc est, xxv. pro xv. reponant, nec verum assequuntur, nec Josephi mentem siquidem & *ἡ* scribi oportuisse, & auctorem *ἡ* reverà scripsisse, Sallianus erudite probat. Quodsi fidem atque aucto-

ritatem conciliare operi volunt, qui sic corrigunt: quique alibi similiter, ne secum pugnare videatur architectus Originum bellorumque Judaicorum, δευτέρη μηνός pro δεύτερη rescribunt, rursusque σαδίας σ' pro σαδίας η, hoc est, σαδίας διακοσίης pro σαδίας ὀκτώ, sexcentaque similia: ecquod erit, amabo, monumentum tam spurium, tam falsum, cui non deum accedat auctoritas ac veri opinio, si perperam adscripti emendentur anni mensesque, ceteraque ἀντιλογία. *Ἰδέας* certissima indicia expungantur?

II. Quo casu Principatus Herodi datus.

Anno Urbis conditæ DCXCI. Cn. Pompejus Hierosolyma cepit, & victor ex illo fano nihil attigit, inquit Cicero, in Oratione pro Flacco. Cetera tamen Judææ oppida vel castella munita non cepit, sed in unis Hierosolymis acquievit, sive desiderio Urbis ac triumphi revocatus, sive expugnandi difficultate deterritus. Quamobrem & per jocum fortassis *Hierosolymarius* a Tullio, libro 2. ad Atticum, epist. 9. nuncupatur: & in titulo triumphorum ejus, quem Plinius describit, libro VII. sect. XXVII. non de Judæa, sed de *Judeis* legitur triumphasse: quos nimirum ex parte tantummodo superasset: EX ASIA. PONTO. ARMENIA... CILICIA. SYRIA. SCYTHIS. IUDÆIS. ALBANIS... MITHRIDATE ATQUE TIGRANE TRIUMPHAVIT. Itaque non potuit tunc fieri provincia Populi Romani Judæa, sed tantum ex parte stipendiaria. At postquam Sosius de *Judea* triumphavit, potuit provincia effici: tamen facta non est: sed Herodi data est titulo regio, hanc, uti nunc videtur, ob causam. Erat Julius Cæsar Dictator in magno ære alieno Herodis, uti conjicere est ex illa Tullii voce ad Atticum, libro VI. epist. 1. scripta anno DCCIV. *Sed heus tu! Jamne a Casare per Herodem talenta Attica quinquaginta.*
ex-

extorsistis? Quæ summa est 120000 librarum, ut dicimus, Gallicarum: nam singula talenta Attica efficiunt libras 2400. Ex eo conjici potest similes Cæsari pecuniæ summas Herodem fœnori dedisse. Itaque cum Octavianum Cæsarem affinitas & successio, Antonium vetus necessitudo cum Cæsare Dictatore cogere omne illius æs alienum suscipere, & quoquo modo dissolvere, sic visum est ambobus hoc nomen explicare pro sorte nimirum & usuris, creditori, vel si magis ita placet, creditoris filio, Judææ cum Samaria principatum assignarent. Quod beneficium, pretiumve, postea Augustus Divi Julii F. eadem de causa Archelao Herodis filio prorogavit. At eo extincto, cum idem Augustus solutionem idoneam censeret esse factam paterni nominis, & careret liberis Archelaus, regnum Judææ quasi postliminio recepit, ac sibi suoque fisco adseruit. Hæc probabilis una nunc quidem videtur causa fuisse tum Herodiani in Judæa regni, neglectis Josephi fabulis: tum Judææ post Archelaum e vis sublatam in Augusti provinciam redactæ.

III. *Quæ ditio Herodi fuerit assignata.*

Ethnarchiam Herodis regiamque potestatem ad Judæam tantummodo cum Samaria pertinuisse, Hyperaspistæ assentimur. Neque enim existimandum est a sacro Scriptore Luca, cap. III. tetrarchias quatuor enumerari eo consilio, ut olim sub Herode priore in unum corpus fuisse conjunctas, tunc vero distractas atque divisas, posterius crederent: cum nec ibi Herodem priorem spectari ullo modo a sacro Scriptore oportuerit, nec usquam sacræ littæ tam illi potentiam adscribant: sed quod ineunte Domino Christo Servatore prædicandi munus, *ad oves quæ perierant domus Israël*, æquum & par fuit consignari tempus prædica-

tionis illius, appellatis principibus, qui in utroque regno, Juda nimirum & Israël, principatum, magistratumve sub Principe, obtinerent. At Ethnarchæ regisque jure ac titulo Herodem sola Judæa, Samariaque potitum fuisse, non item Galilæa, certissimo argumento est, quod obsides clientelæ ac fidei suæ pro utraque illa ditione, Samaria scilicet ac Judæa, atque in eo solo duntaxat, condita ab illo fuere civitates duæ, Cæsarea & Sebaste: in Galilæa, & Trachonitide, ditione tanto ampliore, nulla, nisi postquam utraque ethnarchia in potestatem liberorum Herodis venit.

Deinde hæc utraque sane sola ditio, Judæam dico & Samariam, ac ne tunc integra quidem Samaria, ἐθναρχία τῶν Ἰουδαίων in libro primo Machab. c. XI. nuncupatur. Hæc ergo intelligi pariter debet Herodis ethnarchia: eoque sensu *rex Judææ* tantum appellatur, Luc. 1, 5. quo & Archelaus filius, Mat. 2, 22. Nam & in sacris Novi Testamenti litteris, librisque Machabæorum, ut nunc de ceteris sileam, tam intelligitur extra Judæam Galilæa, cum Judæa appellatur, quam est extra Normanniam Britannia minor: & Archelaum præterea totum adiiisse regnum paternum sacer scriptor indicat, cum ipsum ait *regnasse in Judæa pro Herode patre suo*: ut in libris Regum hæc forma loquendi obvia, & *regnavit filius ejus pro eo*, integram hæreditatem, quam moriens pater reliquisset, ad filium pertinuisse significat. Scriptori- bus sacris, quibus in loquendo nihil esse diligentius accuratiusve potest, Plinius quoque ad stipulatur. Nam is Joppen oppidum nunc Samariæ adscribit, libro V. sect. XIV. nunc Judææ, sect. XV. & libro IX. sect. IV. Quid ita? quoniam utraque regio uni sive ethnarchæ, sive regi, sive denique præsidi obtemperaret: cui ditioni cum a nobiliore parte Judææ sæpissime nomen adhæresceret, sive Rex Ju-

dæ quispiam appellaretur, sive Judææ & Samariæ, nihil intererat.

Argumento postremum accedat, si ita lubet, præter nummum Herodis ethnarchæ, quem exposuimus ad annum DCCXVIII. nummus Zenodori tetrarchæ, qui Herodi æqualis fuit. Nam cur in Zenodori nummio insculpta vultus effigies est, Herodis e diverso nummus omnino nullus occurrit, cum ejusdem vultus effigie? nisi quod iste in Judæa tantum proprie dicta, hoc est in regno ac tribu Juda regnavit: ubi subditorum fere nemo, quia Judæi plerique omnes, monetam aliquo vultu impressam admitteret: ille extra hoc regnum, Galilææ præfuit vel Trachonitidi, ubi haud plures Judæi, quam Græci, forent. Quod si angustiis adeo finibus circumscriptum Herodis regnum fuit, si Judææ ille solum ac Samariæ præfuit: annon aperte cum sacris scriptoribus pugnat Josephus, sive cum Galilæam quoque, aliasque tetrarchias ei liberaliter donat, eoque nomine ex regulo facit Herodem Magnum? sive cum testamento, alteri e liberis Judæam, Galilæam alteri: illi Trachonitidem, Jamniam isti cum Azoto, dividentem inducit?

At istum quidem rerum Judaicarum scriptorem cum insigniter obcecavit Herodiani regni amplificandi desiderium, tum parum fida, qualem plerique mendaces habent, memoria impulit, ut in illo quoque argumento secum pugnantia de more scriberet. Nam libro XV. c. XI. p. 531. narrat Herodem, ubi primum capeffivit regni administrationem, τὴν βασιλείαν παραλαβὼν, Idumææ & Gazæ dedisse Costobaro præfecturam: hoc est, ipsius calculo, anno V. C. DCCXIV. cum tamen idem asseveret, eodem illo capite XI. pag. 529. Gazam Herodi ipsi traditam fuisse a Cæsare, post decennium tantum, anno DCCXXIV. exeunte.

D ij

IV. Vnde Ethnarcha titulum Herodes acceperit.

Anno V. C. DCXI. Simon summus Pontifex, idemque simul totius gentis Judæorum Ethnarcha factus est, ita pro-
 dente scriptore sacro, I. Mach. XIII, 41. & XIV, 41. 47. *Ju-
 dai & sacerdotes eorum consenserunt eum esse ducem suum &
 summum sacerdotem Et suscepit Simon, & placuit ei,
 ut summo sacerdotio fungeretur, & esset dux & PRINCEPS
 GENTIS Judæorum & sacerdotum, & præesset omnibus:*
 ΕΘΝΑΡΧΗΣ τῶν Ἰσραήλων καὶ ἱερέων, καὶ τῆ πρῶταιησαι πάντων.
 Anno DCXIX. factus est Joannes Simonis F. princeps sacer-
 dotum post patrem suum, ac proinde cum bella gereret, pari
 jure ἑθναρχης. Centum omnino post annos, anno V. C.
 DCCXVIII. qui Herodem in nummis viderit appellari, nec
 sit ille admodum in conjiciendo hebes, quid aliud ex eo
 colligat, quam toto illo tempore interjecto ethnarchas in
 Judæa fuisse, quorum in locum ac nomen & possessionem
 immissus Herodes fuerit, ethnarchiæ titulo tunc primum
 sejuncto ab honore summi sacerdotii, sive principis sacer-
 dotum? Quod si verum est, ut sane videtur, an primum te-
 mere arbitrabimur huncce nummum ei latuisse, qui Ju-
 daicas Origines condidit: quippe qui Herodem ab Antonio
 primum tetrarcham, ab eodem postea & ab Octaviano
 Cæsare regem fuisse renunciatum scribat, libro XIV. cap.
 XXIII. nusquam appellet ethnarcham? Archelaum contra,
 qui statim rex fuit *pro patre suo*, ut Matthæus admonet,
 ethnarcham semel atque iterum faciat, libro XVII. cap.
 XIII. & XV. eoque nomine ab Augusto donatum referat:
 neget autem regem fuisse? Quid deinde illa fabula fiet,
 quæ circumfertur de Alexandro, si Strabonem audimus, li-

bro XVI. pag. 762. vel si Josepho potior fides, libro XIII. cap. XIX. de Aristobulo Alexandri fratre ac decessore, qui primus pro sacerdote se regem accepto diademate fecerit: quibus demortuis disceptantes de regno fratres, Hyrcanum & Aristobulum Pompeius superveniens dejecerit?

Verum haud multo post principatus initia Herodem donatum fuisse registitulo, testis est scriptura cum Plinio, & vetusto lapide, quem inferius describemus. Et Plinius certe jam tum fuisse regem innuit, cum Cæsaream conderet. Sed non alio jure hunc titulum sive gessit Herodes, sive in Archelaum transfudit, quam quo ipse prius ἑθναρχὴς fuit: hoc est, sub Clientelæ professione: ut Archelao absque liberis e vita demigrante, rediret ad fiscum Augusti provincia, ut dicemus, vel ad Senatum populumque Romanum. Nunc de altero significato vocis ἑθναρχὴς, 2. Cor. XI, 32. dicere superfedemus, ne longius digredi videamur ab instituto nostro.

Ad Annum V. C. DCCXXIII.

De Zenodoro tetrarcha.

VIDERUNT hunc Zenodori nummum Josephus & Dio. Et ab illo quidem, lib. XV. Antiq. cap. XIII. ab isto, lib. LIV. pag. 602. dicitur Ζηνοδώρος τις, quoniam erat ex æquo utriusque ignotus: id quod de Josepho profecto mirum est, si fuit, ut creditur, illius tractus atque ævi scriptor. Ait uterque hujus tetrarchiam Herodi fuisse ab Augusto donatam: cum alterutri potius e liberis Herodis dici oportuerit. Et Dio quidem donatam refert anno DCCXXXIV. Quod enim illum ex nummo intelligebat hoc anno DCCXXIII. tetrarcham fuisse, in annos undecim ei imperium prorogavit. At Josephus tantum in annos novem: & tetrarchiam

D iij

ei Trachonitidis attribuit, libro XVI. cap. XIII. pag. 570. quanquam idem a seipso pro more disfidens, libro XV. cap. XIII. pag. 541. Paneados extra Trachonitidem tetrarcham Zenodorum facit. Verum eo inclinatur animus ut credam, Galilææ simul tetrarcham fuisse, ac Trachonitidis & Iturææ, Alterutrum certe ex Herodis liberis, Herodem aut Philippum, post mortem ei successum fuisse, ex apta nummorum serie intelligitur: vel potius utrumque. Nam Galilæam alter, alter Trachonitidem adeptus videtur alio jure ac titulo, quam Judæam pater: nempe ob aliquam cum Zenodoro affinitatem, in quam illi se callide insinuassent, tametsi ea nunc sit obscura. Vixisse autem Zenodorum tetrarcham, usque ad initia Herodis & Philippi tetrarcharum, probabili argumento est, quod non ante id tempus conditæ sunt in Trachonitide & Galilæa urbes, quæ forent sub præsidio Romanorum, velut pignora fidei Principis, ejusdemque clientelæ. Primum a Philippo Herodis F. Cæsarea Paneados in Trachonitidis confinio absoluta est anno DCCLIV. Serius ab Herode tetrarcha Tiberias, perfecta demum anno Tiberii quarto currente. Ab Zenodoro, cujus aetate Asia ab Octaviano Cæsare est recepta, quoniam avito suo regno potiretur, ac se sponte clientelæ Cæsaris submisisset, & careret prole mascula, nihil causæ fuit, quamobrem ita caveretur. Itaque tunc demum vivere desisse satis quidem probabiliter creditur, cum ea pignora a tetrarchis Herode ac Philippo Cæsar exegit, cujus præter spem ac voluntatem affinitatem illi cum Zenodoro contraxissent. Nam ex ea conjunctione hereditatem, in quam ipse Cæsar se involaturum Zenodoro mortuo spe præcepisset, avertebant a Cæsare, atque in se derivabant.

Annus interim in nummo Zenodori notatus, Λ. ΒΠΣ. est *annus* Græcorum CCLXXXII. sic enim longe accuratius

tius locutus est sacer scriptor, quam vulgo soleant eruditi, qui Seleucidarum annos appellant, ut alias dicemus. Eandem æram Græcorum his ipsis temporibus exhibet nummus Tyrriorum, ante annos tres, quam iste Zenodori, percussus, e gaza Medicea, & e Cimelio D. DRON: ΘΟΣ, id est, annus CCLXXIX. ΤΥΡ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. Quem Norisius pag. 333. ex epocha commentitia refert ad annum V. C. DCCCCVI. æræ Christianæ CLIII. quæ sunt Antonini Pii tempora: cum ipse character litteræ Σ monere debuerit, nummi fabricam multo esse vetustiore. Ducentis itaque fere annis, non in isto tantum, sed & in aliis quatuor similibus nummis aberrat. Erroris autem causa Norisio duplex fuit: altera quod Tyrum metropolim factam fuisse Hadriani principatu Suidæ falso testi credidit: altera, quod Tyrriorum epocham in Chronico vetere allatam, esse genuinam, nobis ipsis, nam est fatendum ingenue, præeuntibus, existimavit. At nullam Tyrriorum æram fuisse, nisi quæ Græcorum fuit, usque ad Asiam receptam ab Octaviano Cæsare, ex quo accipere Augustanam, in Chronologia Augusti docebimus.

Ad annum V. C. DCCXXXIII.

De quibusdam nummis Cæsareæ Palæstinæ.

Qui vel ævo isto metropolim fuisse Cæsaream Palæstinæ inficiantur, vel æram computasse ab his fere temporibus, hoc est, sive ab Asia recepta, ut Tyrus fecit, aliæque Syriæ civitates: sive a suis ipsis encæniis, quod forte verius aliquibus videri possit: (alterutro certe ex capite ducat æra ista initium, Augustana non immerito nuncupatur) ii vel Patinum falsi convincant, penes quem scilicet horum nummorum fidem esse volumus: vel ad Cæsaream Palæstinæ pro bent illum in primis minime pertinere, in quo palma in-

sculpta cum ancora est : vel denique Mazacam Cappadociæ jam ab anno isto Cæsaream dictam fuisse, quam alii veterum sub Claudio, alii sub Tiberio nomine isto donatam perhibent : recte an secus, nihil ad nos in præsentia.

Ad annum V. C. DCCXXXIV.

*De Templo novo, quod Hierosolymis, ut creditur,
Herodes extruxit.*

HERODEM iussisse templum novum extrui, vetere a fundamentis diruto, regni sui anno XVIII. auctor est Josephus, libro XV. Antiq. cap. XIV. At libro I. de bello, cap. XVI. *anno XV. πεντεκαιδεκάτω* dixit, tum memoriæ lapsu, tum oblivione veteris paræmiæ, *Mendaces esse memores oportere.* Est enim fictarum rerum memoria haud paulo difficilior quam verarum : atque hoc certissime indicio deprehenduntur mendaciorum architecti, cum obliiti priorum quæ dixerint, posterius diversa scribunt, ac secum ipsi fœde pugnant. De Templo Herodis marmoreo Talmudistæ loquuntur Ord. 2. Moëd, cod. 9. Succa, cap. 5. Hachalil. Quo tempore autem hanc illi fabulam concinnarint, alias Deo dante aperiemus. Fictam certè ac refertam fabulis esse Josephi narrationem, de renovatione ædis ab Herode, & pugnare omnino cum sacris paginis illam a fundamentis ædificationem, jam dudum SALIANUS noster edocuit, ad annum mundi 4035. Nec fortassis temere aliquis affirmarit, nihilo magis Herodem Hierosolymitano templo operam impendisse, quam Capitolino : consuetamque illam esse publicæ magnificentiæ prædicationem in extructione sacrarum etiam ædium, ne non omni ex parte Herodis Magni titulum implese videretur.

Ad

Ad annum V. C. DCCXLIV.

*De anno natali & situ Cæsareæ Palæstinae,
ex Josepho.*

CÆSAREAM Palæstinæ ab Herode exædificatam fuisse Anno decimo, narrat Josephus, libro XVI. cap. IX. (*duodecimo dixerat, libro XV. cap. XIII.*) Olympiade CXCII. cujus hic annus quartus est, ex vulgari falsoque calculo: ex Pliniano & vero, annus secundus Olympiadis CXCIV. Sic idem libro XIV. Antiq. cap. XXVI. scribit Herodem accepisse regnum a Senatu, Olympiade CLXXXIV. Caio (pro Cneio) Domitio Calvino II. & C. Asinio Pollione Coss. qui fuit annus Urbis DCCXIV. At a recepto & vulgari Olympiadum calculo dissidet: ex quo horum Consulatus incidit in annum secundum Olympiadis CLXXXV. A Pliniano autem veroque calculo annis duodecim discrepat. Nam fuit annus ille quartus Olympiadis CLXXXVII. Similis alibi error non unus. Qui porro homini Judæo venit in mentem Olympiadas computare, aut has omnino commemorare, in rebus Palæstinæ ac Judææ describendis? Id enim perinde esse videtur, ac si quis natalem urbis alicujus, in Gallia Hispaniave hoc ævo conditæ, annis Hegiræ definiat.

Quis autem hunc miretur in assignando Cæsareæ Palæstinæ anno natali incertum fluctuasse, qui situm urbis penitus ignorarit? Nam ille Palæstinæ, ut creditur, incola, unus omnium Cæsaream Palæstinæ, egregius finium regundorum magister, e Palæstina transmigrare jubet in Phœnicen, libro XV. Antiq. cap. XIII. *Sita est, inquit, hæc urbs in Phœnice, qua in Ægyptum præternavigatur, Dora inter & Joppen, littoralis urbeculas.* Geographicum ille nimirum Plinii opus tunc habuit ante oculos, in quo hæc illius oræ maritimæ oppida

isto ordine recensentur, libro V. sect. XIV. *Joppe Phœnicum, antiquior terrarum inundatione, ut ferunt Inde Apollonia, Stratonis turris, eadem Cæsarea ab Herode rege condita Finis Palæstina, deinde Phœnice.* Et sect. XVIII. *Hinc redeundum est ad oram, atque Phœnicem. Fuit oppidum Crocodilon Doron, Sycaminon.* Ex hoc loco objectus error est homini imperito: qui cum Cæsaream cerneret appellari inter Joppen Phœnicum, & Dora Phœnices, pariter Phœniciz adscribendam esse censuit Cæsaream, quippe mediam inter utrumque oppidum. Nec vidit homo acutus, Joppen Phœnicum a Plinio dici, non quod urbs ea Phœnices esset, sed quod a Phœnicibus condita, sicut Masilia Græcorum Phœcensium, Istropolis Milesiorum, alizque multæ apud Plinium. An' justa deinde vel hoc uno argumento suspicio est, Palæstinam huic homini, nisi in Pliniano opere, non esse conspectam? nec fidem usquam mereri, qui visam a se nihilominus contestetur?

Ad annum 1. æræ Christianæ.

I. De anno natali Christi Domini.

QUIBUS inducti argumentis mutemus sententiam de anno Christi natali, aramque nunc arbitremur illam, quæ vulgo recepta est, unam esse verissimam, suo tempore, si Christus fuerit, ostendemus. Quamquam statim poterit magna ex parte decisâ videri ea controversia, Nam de anno obitus Herodis, qui cardo hujus æræ videtur esse, quis auctori Antiquitatum Judaicarum abrogari fidem miretur, qui præter alios errores eundem in descriptione Herodiani generis, quod erit mox forte perspicuum, hallucinatum esse fateatur?

II. De *Cæsarea Paneade.*

Nummi Cæsareæ Paneados nulli occurrunt ante annum Christi CLXXII. Nemo enim peritus, opinor, alteram censeat designari Cæsaream in nummis ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ, alteram in nummis ΚΑΙΣΑΡΙΑ inscriptis, ut quidam nuper somniavit: illam aiens esse Cæsaream Paneados, istam Palæstinæ. Hoc enim perinde est, ac si quis geminam fingat Ephesum, eo quod alii nummi ΕΦΕΣΟΣ, alii ΕΦΕΣΙΩΝ exhibeant. Longe cautior Norisius fuit, qui nullum Cæsareæ Philippi nummum certo adseruit, nisi in quo vel Πανιάδος regionis, vel Πανείης mentio sit. Quod quidem Πανείος, non montis nomen, ut eidem Norisio visum est, sed fani fuit. Πανείου enim, ut Σαράπειου, templum sonat: non Cæsari, ut vult Josephus, libro XV. cap. XIII. sed Pani dicatum. Unde ΚΑΙΣΑΡΙΑ ΤΗ ΠΑΝΕΙΩ cum dicitur, *Cæsarea sub Paniam*, vel *prope Panium*, ut ὑπὸ Τροίη apud Homerum, sub Trojam, vel ad Trojam est. Neque ullus profecto nummus Cæsareæ Paneados montis effigiem habet, sed vel Pana tantum, vel Panos fistulam. Plinio certe fontis nomen est, libro V. sect. XV. *Fons Paneas, qui cognomen dedit Cæsareæ.* Et sect. XVI. *Paneas regio, in qua Cæsarea cum supra dicto fonte.* Montem vero pro fonte qui scriptores obtrudunt, cur omnes præ uno Plinio posthabendi sint, alias planum fiet.

Jam qui duo nummi præsertim Deam exhibent monti seu rupi insidentem, quorum alter inscriptus ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΕΤΟΥΣ Ε, anno sexto Claudij: sub Commodò alter, ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΓΕΡΜΑΝΙΚΑΙΩΝ: ad unam eandem Cæsaream pertinent. Neuter igitur ad Paneadem: sed uterque ad Cæsaream Palæstinæ: nisi forte quis Cæsareæ Paneados cognomen Germanicæ solo arbitrato ac sine teste vindicet.

Cur autem Cæsariensium annus in priore quintus notatur, si nulla Cæsariensium æra fuit, ut præter Norisium, qui in Epochis Syriæ ac Palæstinæ Cæsaream prætermisit, quidam nuper dixere Antiquariorum antesignani? Neque enim Claudii principis, sed Cæsariensium annus iste dicitur, ut liquidius altero patet in nummo anni LIV. Cæsareæ autem Paneados annus esse non potest: quod, ut cetera sileam argumenta, ceteri omnes ejusdem civitatis nummi sub Marco & Commodo, æræ caput repetunt ab anno Christi primo. Est igitur iste nummus Cæsareæ Palæstinæ, non Paneadi, adscribendus: & est aliqua Cæsareæ Palæstinæ æra primum a nobis deprehensa.

De situ Cæsareæ Paneados dicere haud satis fortasse tutum est. Nam Plinius quidem, unus omnium certissimus auctor, aperte extra Phœnicen collocat, in Decapolitana regione, libro V. sect. XIII. XVI. & XVII. Et est profecto Phœnicæ ora Syriæ maritima, quæ Syria circumfunditur, in primisque Decapolitana regione, in qua Damascus est, cum Paneade Cæsarea ad fontem cognominem sita, e quo Jordanis annis oritur. Decapolitanam autem regionem, & superpositam Syriam Cœlena Phœnicæ, ut ab Hispania Galliam, determinant vallantque perpetua montium juga. At Phœnicæ nihilominus Cæsaream Paneadem quot monumenta tribuunt? Et quod permirum est, Damascus quoque ex Decapolitana, ex Syria Cœle Hemefam & Laodiceam Libano appositam, & quæ multo magis in Orientem recedit Palmyram, Phœnicæ adscribunt secundæ. Atqui si quis cum Norisio credat ab Hadriano Imp. factam fuisse divisionem imperii, in qua Decapolitana regio cum suis tetrarchiis, & Syria Cœle, & Palmyrena ditio Phœnicia altera appellata sit, quod nemo de Hadriano etiam fictus testis prodidit: credet is quoque, opinor, sub aliquo e Francorum

regibus divisionem imperii ita fuisse institutam, ut Britannia minor mutato nomine diceretur Normannia secunda, aut versa vice. Si quis tamen hoc uno argumento atque indicio tot monumentis fidem detrahat vetustatis, quot sunt quæ Phœnicæ Cæsaream istam, & partem Syriæ Coeles, & Palmiram adjudicant, videbitur ille fortassis iniquum postulare.

Ad Annum Christi II.

De cæde infantium a Josepho prætermissa.

CÆDEM infantium ab Herode factam consulto auctor Judaicarum Antiquitatum silentio præterivit, tum ne legisse sacras Novi Testamenti litteras videretur; tum vero ne tam immani scelere adversus infantes, & ab omni suspicione criminis alienos, principatum commaculasse crederetur is, cujus historiam ad effigiem Magni Principis foris admirandi, domi tantum calamitosi, confingebat. Cogebatur enim causam tantæ stragis, tantique in Herode pavoris ac furoris, aut veram prodere, aut falsam comminisci: quorum alterum ab eâ persona quam sustinebat Judæi scriptoris alienum erat: alterum obnoxium reprehensioni.

Ad annum Christi III.

De testamento & successore Herodis.

CUM ab Herode in testamento suo legatum quiddam fuisse Juliæ Augusti conjugii, narrat Josephus libro XVII. cap. 10. annon ille se prodit recentioris ævi scriptorem? Juliæ enim numquam ei nomen fuit, sed Liviæ tantum, ut nummi docent, de quibus erit in Chronologia Augusti disserendi locus. A ceteris certe sodalibus suis discrepat, qui ante Augusti obitum negant Juliæ nomen ei fuisse.

Seder Holam Zuta , pag. 60. Post mortem Herodis Magni, ut vocant, *regnavit deinde Agrippa Herodis filius, cui successit Munabaz filius ejus.* Has nugas aniles otiose conscripisse de industria aliquis videri potest, ut iisdem posteris offensi fidem huic opellæ statim denegarent, omnemque transferrent potius in Josephum. Namis libro XX. cap. 2. Munabazum facit Adiabenorum regem, lepidamque de eo narrat fabellam.

Archelaum autem Herodis F. ac successorem, in nummo adulterino quis ferat cum capite diademato ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΘΝΑΡΧΟΥ inscribi: cum nec vultum insculpi in nummis Judæa ferret: & tam sit inconcinna duarum istarum vœcum junctura βασιλεύς ἐθνάρχης, quam est istarum, βασιλεύς τετράρχης?

Ad annum Christi VIII.

I. De anno obitus Archelai.

HUNC porro brevis ævi sive imperii fuisse colligimus, ex eo primum, quod Christus Dominus dicitur, ante annum ætatis duodecimum, singulis annis templum frequentasse: id quod post annum ætatis fere octavum intelligendum viderur; ut saltem per annos quatuor ante id tempus in templum se contulisse credatur, quo adire, Archelao vivo, quem fugerat, nolisset. Deinde nummus admonet, e Cæmelio D. DRON, Museoque nostro, æris minimi; Qui in Judæa hoc anno sub autumnum, vel anni sequentis initio cusus, non Archelai nomen, sed Cæsaris tantum præfert; ΚΑΙΣΑΡΟΣ, cum spica, quod fertilitatis agrî Judaici symbolum est; in altera parte, Palma, cum litteris ΛΘ, hoc est, anno XXXIX. Asiæ receptæ & imperii Augusti, qui annus

autumno hujus anni octavi incipit. Hic nummus, inquam, Archelaum regem e vivis excessisse hoc anno, ni fallimur, docet: cum moneta Græca usu recepta hoc anno in Judæa non Archelai nomen referat, sed Cæsaris tantum, hoc est, Augusti: Judæa enim semper Cæsarem dixit pro Augusto. Unde illa sunt in sacris literis: *Dicunt ei, Cæsaris. Et, Non habemus regem, nisi Cæsarem. Et, Cæsarem appello.* Est igitur hic regni Archelai annus postremus: idemque sextus, non decimus, ut Josepho placuit, inchoatus.

II. De vaticinio Jacob.

Post Archelai obitum ablatum est sceptrum de Judæa: deinceps præsides habuit ea provincia, seu magistratus inferiores Cæsari subjectos: regem non habuit nisi Cæsarem. Quod non est ita accipiendum, quasi rex Judææ Cæsar esset, tametsi veraret alium dici Judææ regem, præter se: eo quod omnem in Judæa potestatem regiam in se vellet credi derivatam. Sicuti neque se Britannia minoris Ducem, aut Langravium Alsatia in titulis Rex Francorum inscribit: tametsi crimen majestatis sit, si quis alius hæc sibi nomina arroget, quoniam utraque illa potestas in regia continetur. Suam enim vero imperitiam veteres quidam scriptores, & forte *θεύαιαν*, eo indicio produnt, quod Imperatores Romanos *βασιλείας*, atque eorum potestatem *βασιλείαν* vocant: neque quisquam dubitabit prudens æstimator, quin sit adulterinus Antonini, ut vocant, Caracallæ nummus, qui BA. habet, ut quidem ad nos relatum est, hoc est, *βασιλεύς*, pro ΑΤΤΟΚΡΑΤ. tametsi isto *βασιλέως* nomine donate eundem Augustum nonnemo ex illis scriptoribus, qui antiqui putantur, aliosque alii, quos apud Spanhemium videre est. Antoninum dici *βασιλέα* non magis profecto tulisset illo ævo Sena-

tus P. Q. R. quam hodie fineret aut Venetia aut Genua ducem suum regium nomen sibi sumere: nec si hunc titulum vel affectasset, vel sibi tribui passus esset, Antonini Magni appellationem post obitum, quod tempus est minimè suspectæ laudis, ex Senatusconsulto adeptus foret. Nisi forte importuna adulatio unius alicujus privati illud invexit: qui in Oriente, longè ab oculis Senatus P. Q. R. semòtus, pari audacia, atque olim, ut Tullius ait, *Antonius collega Cæsari Dictatori diadema imposuit*, parique successu, id semel impune, si verum est, admittere se posse putarit, vel invidiæ Magno Principi conflandæ causa malitiosè confinxerit, quod nemo ante ipsum, nemo postea non reformidavit.

In recentioribus autem aberrat a vero Grotius, qui hæc verba Apostoli Petri, in epistola I. cap. 2. v. 14. *sive regi, quasi præcellentis*: & v. 17. *Regem honorificate*, de Romano Imperatore accipit: cum scribat Apostolus ad *advenas dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ*, quo in tractu fuit illo ævo rex Polemon, amicus & socius Populi Romani, ut dicemus in Chronologia Claudii & Neronis.

Sed ut ad propositum revertamur, unde digredi nos cogit interdum amplitudo materiæ, nulla veluti caduca provincia, cujusmodi Judæa hoc anno fuit, in jus Augusti semel devoluta, ad regiam postea rediit potestatem. Sic ea quæ dicitur in nummo Trajani DACIA AUGUSTI PROVINCIA, nullos deinceps reges vidit, dum stetit imperium Romanum. Ita nec ulli posthac proprio regi, vel duci, aut judici, ut prius, Juda & Jerusalem paruit: hoc est, dilecta illa præ ceteris *unatribus & Jerusalem*, ut dicitur III. Reg. XI, 32. Ubi δύο σκῆπτρα quibus auctoribus Græce legatur, invito textu Hebræo & vulgata, alias dicemus Deo juvante.

Abla-

Ablatum est tunc igitur, iterum repeto, *sceptrum de Juda & de femore ejus*: hoc est, in ea tribu rex esse desiit, quæ ex *Juda* prodiit & *femore ejus*: sicuti in Britannia minore desiisse Sceptrum dici potest, quando facta est provincia imperii Gallici. Sceptrum de *Juda*, inquam, non de *Israële* proprie ac speciatim dicto. Nam & gemina ea ditio fuit ac discreta: & cum sciscitarentur Magi, *ubi est, qui natus est rex Judæorum*, de solo *Judæ* regno intellexere, non simul de *Israelitico*. Quare post *Herodis* obitum in terra *Juda*, timuit *Joseph* cum puero *illo ire*: quoniam perinde *Arche-laus*, ac pater ipsius *Herodes*, ex oraculo intelligeret sibi esse de adventu *Messia* metuendum: quod oraculum de rege *Judæorum* & regno seu tribu *Juda* loqueretur: regem tollendum esse, nec fore diu in ea tribu regem, cum *Messias* advenisset. Secessit igitur *Joseph* in *Galilæam*, sive in regnum *Israëlis*: de quo sibi auferendo *Herodes* tetrarcha ex fama publica noverat ab oraculo sacro nihil portendi.

Quod si cui autem duriuscule interpretata vox ea videtur, *de femore*, pro eo quod est de tribu, quæ prognata ex femore sit, meminerit is in vaticinio parem verborum perspicuitatem, atque in historica narratione immerito desiderari: & tamen, quod est ei locutioni affine, apud *Tobiam*, VII, 3. legi, *Ex tribu Nephtali sumus, de captivitate Ninive*, pro eo, quod dicitur *Dan*, V, 13. de filiis captivitatis *Judæ*: & *Israël* passim, ut ait vetus auctor in *Isaiam*, pag. 176. pro his qui orti sunt ex sanguine *Israël*: & *Juda* denique in hoc ipso oraculo, pro his qui orti sunt ex *Juda*. Quid ergo mirum, si dicatur & *de femore Juda*, pro eo quod est de iis, qui sunt ex femore ejus? Itaque *de Juda & de femore ejus*, est *en dià dvoïr*, eodem uno significato gemina vox posita: hoc est, de tribu, quæ ex femore *Juda* prodiit.

Prærogativa porro tribus *Judæ* præ reliquis in eo fuit

singularis, quod habuit semper reges, vel iudices, ac duces, sicut habebant omnes per circuitum nationes: & quidem, usque ad Herodis tempora, non alterius gentis hominem, qui non esset frater suus, hoc est, ex genere Israël, ut est in lege scriptum, Deut. XVII, 14. 15. Reliquæ autem tribus aut nullos, aut inferiores tantum magistratus plurimis omnino seculis habuere, a quibus provocatio esset ad superiorem, eumque sive Judææ, sive alterius gentis principem. Quare & vaticinii tempus adesse in foribus Judæi suspicabantur, cum Herodes in regnum irrepfit, quem non ipsi elegerant de numero fratrum suorum. Sed regem præcise, atque adeo etiam institutum, quamque is ex gente foret, vaticinium dixerat, quod isti minime advertebant.

III. De Fisco Judaico.

Facta eodem anno descriptio Judæorum altera est per capita tributi imperandi causa: cujus quidem tributi meminere sacri scriptores: Matth. XXII. *Licet census dare Cæsari, annon?* ubi census tributum est, Luca exponente, cap. XX. *Licet nobis tributum dare Cæsari, annon?* Item Act. V, 37. *Judas Galilæus in diebus professionis*, id est, census hoc anno in Judæa acti, *aversit populum post se & ipse periiit &c.* Id vero factum fuisse oportet, cum Judæa in provinciam Augusti redacta est, & per magistratus Romanos, Præsides scilicet, primum administrata. Præsides enim sæpius appellantur in sacris paginis: nec satis causæ, ut Procuratores appellentur, in his Luca verbis esse videtur, *procurante Pontio Pilato Judæam.* Hic fiscus ille Judaicus est, cujus calumniam a Nerva sublatam fuisse nummi testantur. Nam Judæi viritum numisma census cum imagine & inscriptione Cæsaris, Cæsari pensitabant: quod Senatus Cæsari potius solvi, quam ærariò publico, ægre ferebat.

Anno superiore ante autumnum, sive XXXVII. post Adiacam victoriam, censum hunc peractum fuisse a Quirinio ait Josephus, libro XVIII. Antiq. cap. III. Nam quo Jure, quoque consilio nomen Herodis alterius in Agrippam convertit, ut postea videbimus, eodem jure atque consilio Quirinii Magistratus annum mutavit: quem Syriae Praesidem fuisse anno Christi Domini natali Lucas admonuit. Nempe ut sacer scriptor non tam rerum gestarum historicam veritatem, quam allegoriam, in propriis etiam nominibus, secutus esse existimetur, excogitata hæc ab isto discrepantia est. Nam ita credi, nempe dictum fuisse a sacris scriptoribus Quirinium pro Saturnino, & alibi Nabuchodonosorem pro Cambyse, & pro Agrippa Herodem, mystico intellectu, ob similitudinem morum, aliamve causam affinem, ut quidem mihi nonnemo nuper agebat, eorum intererat, qui veteres plerasque historias concinnarunt. Itaque sedulo ii operam dedere, ut numquam cum sacro Scriptore congruerent tempora & narrationes Josephi annalium: id quod nonnullis eorum minus sagacibus ac minus cautis fraudi fuit: qui apud Josephum deinde, multo post Herodis prioris obitum, Quirinium nacti census Judaici curatorem: sub uno eodemque Herode, posteriore nimirum, Christi Servatoris ortum obitumque collocandum esse censuerunt. Has istorum artes atque hæc consilia eruditi viri minime subodorati multo labore atque inani diutissime desudarunt, atque etiamnum desudant, ut æram Christianam, quæ a sacris scriptoribus duxit ortum, & cum iis mirifice consentit, ad Josephi potius & affectatorum fidem emendent.

Ad annum Christi XVIII.

Quam ob causam Tiberias condita ab Herode tetrarcha fuerit.

INFELIX Caii Cæsaris Augusti F. in Oriente, mox & Germanici in Syria exitus, vicinia quoque Galilææ & Trachonitidis cum hostibus populi Romani, Parthis atque Arabibus, perpulere Senatam P. Q. R. ut perquam moderate & clementer ageret cum tetrarchis Herode & Philippo, in limite imperii positus, supremis Augusti annis. Et ille nihilominus ægre ferebat, non adjectam fuisse imperio Galilæam cum Trachonitide, post excessum Zenodori: quod & tota Asia, hoc est, Syria præsertim per Augustum recepta, juris esse Romani videbatur: & pars Judææ præterea olim Galilæa fuerat, ipso teste Plinio: & pactæ cum Zenodoro conditiones ita postulare videbantur, si quid ei humanitus accidisset. Quamobrem Augusti Cæsaris demerendi causa, Philippus quidem statim illius se clientem professus est, data ultro urbe Cæsarea Paneade in suæ fidei oppignerationem. At Herodes Galilææ tetrarcha nullam Augusto dedit: quod se, opinor, nollet esse deteriori jure quam Zenodorum decessorem: quem Cæsaris & Imperii socium ac fœderatum fuisse, non clientem vel subditum, admonet æra Græcorum in nummo ipsius expressa, non Augustana. Nam ea causa & Damasceni, Romanorum quidem socii ac fœderati, non subditi aut vectigales, sed Aretæ regi obnoxii, ut Paulus admonet, 2. Cor. XI, 32. sub Augusto & Tiberio æram Græcorum servavere: quod de Hemesa quoque & Tripoli statuendum, ut alias dicturi sumus. At quæ civitates jugum Romanum subiere, Antiochia, Tyrus, aliæque partem, æram signavere Romanam. Sic Herodes ipse tetrarcha annum Caii Cæsaris primum, ter-

tiumque Claudii rex idem signavit, æra Græcorum derelicta, postquam se clientem Cæsarum professus est: sed non ante Tiberii principatum, cui Tiberiadem demum, ut diximus, seu sponte, seu metu condidit, deditque. Quare *Φιλοκλάυδι* seu *Φιλοτιβέρι* dici iste maluit, quam *Φιλοϊάλι*. Sic Judææ ac Samariæ veluti claustra duo, fidei suæ pignora, Cæsaream Palæstinæ & Sebasten, Herodes pater Augusto Cæsari dederat, a quo præsidiariæ cohortes ibi sunt collocatæ: nam Cornelius Centurio de Cæsarea testis est in Actis. De Sebeste dicemus inferius. Nisi quis forte adeo principum ingenia & mores ignorat, ut eorum quemquam arbitretur posse in animum inducere, vicini principis honori ac nomini in suo solo oppidum ædificare, nisi qua vel clientelæ vel fidei ratio cogat. Quod si id honori tantum Augusti ac Tiberii datum est, cur Occidente toto, ubi major esse provinciarum erga Principem adulatio debuit, Tiberias nulla profusus fuit, Cæsarea Augusta nulla, præter coloniam unam Cæsaraugustam, quam in devictam a se Hispaniam deduxit Augustus, ubi *OPPIDUM* antea vocabatur *Salduba*, teste Plinio, libro III. sect. IV. nulla denique civitas Augusta, præter colonias quasdam in oppida dudum antea condita deductas?

Ad annum Christi XXIX.

De annis imperii Tiberii Cæsaris.

VETAT ratio credi annos imperii Tiberii Cæsaris a facto Luca aliter computatos fuisse, quam consuetudo ferret toto orbe Romano recepta: sed & nummi vetant: tum ille nimirum, quem in Galilæa conflatum attulimus anno XVIII. tum vero in primis, & illi qui primum Tiberii consignant annum, ut diximus, Antiochiæ conflati: & iste Seleu-

F iij

cia, qui tertium, e Cimelio Illustriff. Præsidis BIGNONII: Γ. ΕΠΙ. ΣΙΔΑΝΟΤ. ΣΕΒΑΣΤΕΩΝ. ΖΜ. hoc est, *sub Silano* Syriae Præside, *tertius* Tiberii annus incurrens in annum *Seleucensium* XLVII. Ergo cum tota Syria annos imperii Tiberii ab excessu Augusti numerari mos fuerit: quis sanctum Lucam existimet alium in Tiberii annis tenuisse calculum, si præsertim, ut dicitur in libro de scriptoribus Ecclesiasticis, cap. VII. Antiochenus fuit? Et vero orbi Romano Græcoque potissimum Lucas indicabat Romani Principis annum, in quem initium incideret Baptistæ prædicationis. Vel Romano igitur, vel Græco more loqui cum oportuit, non alio quodam insolito, quem nostra ætate excogitant viri ingeniosi: quem & nos olim secuti sumus, fraudem in antiquitatibus Judaicis nullam suspicati, nummisque veteribus haud adhuc satis diligenter exploratis. Mos autem Romæ fuit in Principibus annos numerare Tribuniciaæ Potestatis: in Oriente semper fere annos Principatus: Tribuniciaæ autem potestatis annos, perraro. Hinc apud Josephum, libro 2. de bello, cap. VIII. ubi Augustum ait rebus præfuisse, ἀφ' ἡγενομένου τῶν πραγμάτων, (quod e Gallico redditum potius existimes, *conduire les affaires*, quam ab homine Græco profectum,) annis septem & quinquaginta, mensibus sex, diebus duobus: ibi, inquam, non illa modo affectata diligentia in mense ac die notando, quæ haud levem habet adjunctam suspicionem falsi: verum etiam ille modus numerandi annos Augusti, fidem auctori detrahit, & *vobiscas* suspicionem injicit. Geminus enim fuit modus omnino annos Augusti Cæsaris computandi: alter in Oriente, in Occidente alter usurpari solitus, ut nummi aperte docent: illic ab Asia recepta, sive, ut vulgo loquuntur, a victoria Asiaca: istic per annos Tribuniciaæ Potestatis. Hanc autem Potestatem ille gessit annis tantummodo sex & triginta: obiit ante annum

post Asiam receptam quadragesimum inchoatum : nec ulla regio annos Octaviani Cæsaris computavit a Triumviratu : a quo etiamsi initium Octaviani duxerit , tamen aberrat a vero Josephus annis duobus, ac tribus fere mensibus, ut Sali- nus admonuit.

Ad annum Christi XXXVII

I. De Herode tetrarcha.

HERODIS tetrarchæ honori posita inscriptio hæc fuit solim, quam in insula Co repertam descripsit Sponius in Miscellaneis p. 338.

ΗΡΩΔΗΝ ΗΡΩΔΟΥ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΥΙ-
ΟΝ ΤΕΤΡΑΡΧΗΝ ΦΙΛΩΝ ΑΓΛΑΟΥ
ΦΥΣΕΙ ΔΕ ΝΙΚΩΝΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΥ
ΞΕΝΟΝ ΚΑΙ ΦΙΛΟΝ.

Herodem Herodis Regis Filium Tetrarcham , Philon Aglai adoptione filius , natura vero Niconis, hospitem suum & amicum colit. Duo in primis hic lapis docet , observatu digna. Alterum est , nusquam in nummis lapidibusve Antipæ cognomen occurrere, quod Herodi sequenti Josephus affinxit. Alterum, nec Magnum Regem appellari priorem Herodem: qua de re rursum inferius.

I. Quo primum anno tetrarchiam obtinuerit.

Porro nummum Herodis tetrarchæ huic anno necesse est adscribi : quod in more positum fuit, ut diximus, regibus ac tetrarchis Syriæ annum suæ potestatis in suo nummo si-

gnare, in quem Cæsarum primordia incurrerent. Sic Zenodorum tetrarcham, quo anno Græcorum Asia recepta ab Octaviano fuerit, & ipse cum eo fidem fœdere devinxerit, in suo nummo expressisse vidimus. Hanc enim nimirum ab illis veluti suæ fidei tesseram dari Cæsaribus oportuit in auspiciis imperii sive principatus, suamque vel sic probari clientelam, aut conjunctionem. Primum igitur Caii Cæsaris annum non possumus hoc loco non interpretari, ubi nullus est expresse signatus: præsertim cum si annus alter, tertiusve aut quartus foret, perinde notaretur in nummo, atque annus tetrarchæ quadragesimus tertius. Sic enim idem Herodes vice versa in nummo anni æræ Christianæ 42. qui Claudii Imp. honori dicatus est, sub eadem plane formula, annum Claudii tertium adnotavit: quotus autem regni sui esset, non expressit: quod vellet intelligi, & in isto suum esse illum regni, βασιλείας, primum, nondum expletum, in quem Claudii tertius incurreret: & in nummo priore si alium a primo Caii annum vellet accipi, æque se expressurum in Caio fuisse, atque in Claudio. Juvat in conspectu legentium repræsentare hoc loco rursus utriusque nummi epigraphen:

1. ΗΡΩΔΗΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗΣ. Λ. ΜΓ.
ΓΑΙΩ ΚΑΙΣΑ. ΓΕΡΜ. ΣΕΒ.
2. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔΗΣ ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ.
ΚΛΑΥΔΙΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΕΤ. Γ.

Hic, opinor, videre est, quod diximus, illud Herodem in utroque nummo ex æquo servasse, ut ubi annum non adjecit, ibi sive Caii in principatu, sive suum post regii tituli adeptionem; vellet annum primum intelligi. Hæc autem in nummis istis observatio ut debet apud harum rerum peritos in confesso esse, & pro certa atque indubitata haberi: ita primum

num Herodis tetrarchæ annum fuisse necesse est eum, quem assignavimus, Urbis conditæ DCCXLVIII. ante biennium quam possit obitus Herodis prioris ex Josepho colligi: re autem ipsa ante annos octo quam iste e vita decesserit. In priorre porro numismate a Caio receptum Herodem fuisse in amicitiâ & clientelam apparet: in altero, regis titulum a Claudio impetratum: quem, ut Herodes pater diu postquam Ethnarcha tantum fuisset, sic Herodes tetrarcha sub aurumnum duntaxat anni XLII. æræ Christianæ adeptus est: cum & Cæsaream iussit Claudiam appellari, ut nummus ille docet suo loco descriptus a nobis: ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔΗΣ. ΟΥ ΚΑΤΑΔΙΑ ΚΑΙΣΑΡΙΑ. Nec vero ante annum XLIII. æræ Christianæ a S. Luca Herodes rex appellatur, Itaque non anno amplius uno potitus eo insigni est.

Ad annum Christi XL.

Qua hoc anno Josephus de Herode & Agrippa prodidit.

HERODEM Antipam ablegatum in exilium fuisse, sive Lugdunum in Gallias, sive in Hispaniam, (nam utrumque hoc anno Josephus parum memor diversis locis prodidit) concessamque ejusdem tetrarchiam fuisse Herodi Agrippæ regi, nemo credet, cui persuasum erit, uti mox fore speramus, eundem esse Herodem, qui Antipas cognominatus est a Josepho, & eum qui major Agrippa. Cui Cæsaris similiter expeditionem in Gallias, Agrippa comite, quis credat: cum titulum IMP. ne Caius ipse quidem in sua pecunia aurea atque argentea usurparit, nec Senatus in ærea ei detulerit, nec Græci in Oriente, nec Herodes ipse tetrarcha, ut dicemus uberius in Cæsi & Claudii Chronologia? Denique legatio ad Caium principem pro Judæis, & Agrippæ

apud eundem oratio de eodem argumento, quam fidem meretur, cum hujus tragœdiæ scriptores non magis cum veritate quam secum ipsi pugnent? Nam, ut omittam cetera, qui verisimile sit eum se pro Deo ac Jove haberi voluisse, qui ne Imperator quidem ex SC. esse potuerit? Ac Josephus quidem, libro XVIII. cap. XI. & Philo in libro de legatione scripsisse referunt de ea re Petronium Syriæ Præsidentem ad Cæsum, ut ajunt, Imperatorem: cum nec *αυτοκρατωρ* Caius fuerit, sed Cæsar & Princeps tantum: nec Petronius ante primum Claudii annum gesserit Syriæ Præsidentatum, si mutati sunt magistratus post mortem Cæii, ut simile veri videtur. At Josephus autumnno scriptas esse litteras perhibet, cum essent agri ferendi: Philo, cum essent maturæ segetes: quod si nescivit in Judæa sub Pascha accidere, non ut in Gallia, sub autumnum: quo is loco pariter ac pretio habendus est? Aut si revera sub Pascha intellexit, duplici capite dissidet a Josepho: qui & autumnum adsignat, ut necesse est, ne tota narratio non sibi constet: & satos anno isto agros fuisse, oportet ut neget: quoniam, ut ipse libro XV. cap. 1. prodidit, annus Urbis Romæ DCCXVII. quo capta fuisse existimat Hierosolyma a Sosio & Herode, Sabbaticus fuit: atque adeo & istum XL. æræ Christianæ, Urbis Romæ DCCXCIII. confectarium est pariter autumnno fuisse sabbaticum. Ita cum Philone Josephus, & secum ipse pugnat.

Ad annum Christi XLI.

Qua hoc anno Josephus de Agrippa narrat.

AGRIPPAM regem, cum venisset casu in Senatum, fuisse delegatum a Patribus ad Claudium, ut hominem dederet ab Imperio capessendo: universo autem Senatu Romano callidiorum unum Agrippam fuisse, atque auctorem e

contrario existisse Claudio, virum ut se praberet, & Republicam occuparet, scribit Josephus libro XIX. Antiq. cap. III. At idem libro 2. de bello, cap. XVIII. ait Agrippam accitum a Senatu & Claudio, ad Claudium prius se contulisse, mox Claudii nomine ad Senatum. Quæ duæ narrationes nec similitudinem veri præ se ferunt: nam quis credat peregrinum, ditionis barbaræ & satis quidem exiguæ regulum, consiliorum Senatus arbitrum, ac veluti mentem Reipublicæ fuisse? Sed ambæ narrationes tragœdiæ instar habent, quæ & adeo pugnant inter se, ut unicus atque ejusdem cerebri partum esse vix ambas existimes.

Ad annum Christi XLII.

- I. *Eundem esse Herodem, qui tetrarcha & Antipas, & qui Agrippa senior vulgo cognominatur.*

HERODEM istum vulgo Agrippam majorem appellant: eumque diversum ab Herode tetrarcha, cui Antipæ nomen fecere. Verum quem sacræ paginæ Herodem vocant, numquam Agrippam, vel Antipam: quis me reprehendendum putet, si neque ego hunc Agrippam vel Antipam ausim vocare: sed Herodem vocem: atque a sacro scriptore verbo vel uno dissidere religioni habeam? Nam si fuit alter ex iis Agrippa, alter Antipas, cur non Agrippam & Antipam scriptura sacra nominavit, sicut Archelaum, sicut Agrippam alterum? Si filium Archelaum a patre discriminauit: cur non & alterum similiter a patre filium, & ab avo nepotem? At unum eundemque Herodem esse, qui Antipas ac tetrarcha, & qui Agrippa senior falsis cognominibus nuncupatur, si fictis probare testibus juvat, Jedidæus Alexandrinus, (sic enim libuit jocosis hominibus Philonis Judæi nomen occultare Hebraica dialecto: nam $\Phi\lambda\sigma$ & $\Phi\lambda\sigma\nu$ Ju-

Judaice ירירי est) Is, inquam, in libello de Temporibus, non alium facit Herodem tetrarcham ab eo quem Antipam, nec ab eo quem Agrippam seniore, patrem Agrippæ junioris, vulgo eruditi vocant. *Hic autem Herodes Ascalonita, inquit, vi regnavit XXXI. annis: atque ex beneplacito Judæorum adhuc sex annis. Post ipsum Archelaus filius ejus, novem annis. Post hunc Herodes tetrarcha, XXIV. annis. Ego vero Fedideus Alexandrinus, anno XXI regni ejus, missus sum Alexandria adhuc juvenis, ut oratorem agerem pro fratribus meis Judæis. Post Herodem hunc imperavit Agrippas ultimus XXX. annis, usque ad annum hunc ultimum senectutis mea. Sed isthæ quoque opella trium vel quatuor paginarum, partus esse creditur, ut quidem nuper didici, improbæ factionis: in quo cum ea tantummodo regum nomina repræsentaret, quæ in sacris paginis continentur, admiscuit simul fabulas & ἀναχρονισμὸς, quibus & statim hic libellus fidem amitteret, nec satis esse subsidii in sacris litteris, absque Josephi opæ, crederetur, ad feriem regum Herodianæ familiæ, usque ad urbis & ædis excidium, perdiscendam.*

Majoris ergo nominis ac ponderis testem alium proferamus, quippe quem tirones ipsi quoque vel appellato operis titulo se credant agnoscere. Is igitur in dialogo cum Triphone, pag. 258. Herodem tetrarcham Herodis prioris filium, regem Judæorum, βασιλέα τῶν Ἰουδαίων, ex successione post Archelaum appellat, illum ipsum Herodem, ad quem Pilatus Christum misit. At in Judæa post Archelaum nemini quidquam regia potestate licuisse proditum est, nisi ei quem Agrippam Josephus, Lucas in Actis Herodem vocat. Ergo quem Lucas in Actis Herodem, & quem Josephus Agrippam nuncupat, ipse est Herodes Herodis F. quem Antipam cognominant, qui prius tetrarcha, postea rex fuit: scilicet si tanti nominis testem audimus; qui Jose-

phum tamen a se lectum fuisse sæpe dicit in Exhortatione ad Græcos: tametsi num idem auctor sit utriusque operis, dubitant eruditi. Aequè notum omnibus Panarium est, in quo semel iterumque Herodes Agrippa Magnus appellatur is, cujus anno vicesimo Christus obierit. Piget nihilominus eo teste uti, qui hunc Herodem Agrippam Archelai filium fuisse simul affirmet, vicesimumque adsignet annum pro tricesimo nono. Sed de hac Herodiana controversia certioribus vestigiis, quid veri statuendum sit, mox inquiremus.

An error ille autem proxime memoratus, ex eo profectus est, quod primi Judaicarum Originum similitumque Annalium conditores, cum sacri libri sola præcise Herodiadum nomina suppeditarent, ubi statuendum fuit, qui quave essent inter se cognatione conjuncti, in diversas abiere sententias: eo consilio, ut quidquid posteri de ea re statuerent, id ante occupasse ex eo grege aliquis videretur? Hi sunt enim omnino, quos sacra litteræ commemorant.

Herodes, sub quo Christus est natus.

Archelaus, qui pro patre suo Herode regnavit.

Herodes tetrarcha Galilææ.

Herodes, qui Jacobum occidit gladio, ut Acta referunt, Claudii principatu.

Agrippa, qui Paulum perorantem audiit, sub Nerone.

De Herode & Archelao res erat perspicua & expedita. Herodem vero tetrarcham, quoniam ex sacris litteris non liquido apparet, cujus sit filius, (nam id ex lapide, nummoque uno constare potest, quorum illi neutrum viderunt) Archelao alii, alii Herode priore genitum esse censuerunt.

Jam Herodem, de quo in Actis mentio est, pars eundem esse cum Herode tetrarcha pronunciavit: pars istum ab illo discriminavit: verita fortassis, ne si eundem esse poneret, justo longius ei vitam imperiumque produceret. Quam isti ob causam Aristobulo Herodis F. prognatum istum esse finere: eo quod adsignari pro patre istius alius ex Herodis liberis commode nemo posset. Agemus inferius de Agrippa.

II. *Herodem regem, quem Agrippam seniore[m] vocant, nec regem Judæe fuisse, nec Judæum.*

Ceterum Herodes iste, quem dicimus, qui olim tetrarcha, tandem regio donatus est titulo a Claudio Imp. cum jam ab obitu Philippi fratris Ituræam cum Trachonitide adjunxisset Galilææ: atque ob ingentem illam ditionis ac cessionem Magnus Rex meruit appellari, in vetere inscriptione inferius recitanda. Nec regio tamen jure tenuit idcirco Judæam, quæ provincia Augusti fuit, ut diximus. Nam & Agrippa Herodis ejusdem in regno successor, tum in eodem lapide, tum in antiquo numismate Magnus Rex pariter, ac præterea in isto similiter *φιλοκλαυδι* nuncupatur: quem nihilominus sacræ litteræ negant in Judæa regnasse: siquidem Præsides Judææ, ipso regnante, Felicem & Festum appellant. Neque Herodem igitur ratio cogit ulla credi, eo nomine Magnum Regem fuisse appellatum, quod Judæam titulo regio obtineret. Deinde censum a Judæis exactum fuisse pro fisco Principis sub Præsidiibus, Augusti, & Tiberii ævo, annisque saltem decem Claudii postremis, in confesso est: nec fisci hujusce calumniam ante Nervæ principatum fuisse sublata[m]. Herodem hunc igitur Judæa regem non habuit: cum si regem habuisset, non fisco Principis isto anno censum, sed vel regi suo, vel nullum omnino penderet; remis-

sumque a Claudio fisci jus vel Plinius commemoraret, vel nummi docerent.

At a sancto Luca in Actis cap. XII. regia dici videtur Hierosolymis potestate usus, ubi res gesta anno sequente commemorantur. *Misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia, Hierosolymitana scilicet. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio. Videns autem quia placeret Judæis, apposuit ut apprehenderet et Petrum Postea descendens a Judæa in Casaream, ibi commoratus est.* Næ si ex illa oratione, ut nuper quidam affirmabat, occasionem Josephus arripuit constringendi regnum Herodis, sive Agrippæ majoris, ut appellat, in Judæa, næ sua illum egregie frustrata conjectatio est. Neque enim jus Herodi fuisse in cives Hierosolymitanos sanctus Lucas innuit, sed tantum in *quosdam de Ecclesia*: nempe in Petrum, Jacobum, aliosque similes, suæ ditionis homines, Galilæos. Quo utique jure ad eundem, cum tetrarcha tantum esset, & Hierosolymis pariter commoraretur *illis diebus, remisit Christum Dominum Pilatus, ut cognovit, quod de Herodis potestate esset*: testatusque postea est ab Herode *nihil dignum morte actum esse ei*: quod jus illi vitæ ac necis in Galilæos esse intelligebat, ubicumque terrarum forent. Ex eo igitur capite, quod Hierosolymis Herodes rex *afflixerit quosdam de Ecclesia*, perperam confictum est Hierosolymis Herodem regnasse: cum præterea, ut dictum est ad annum 8. nulla provincia semel in jus Augusti devoluta, regiæ postea fuerit obnoxia potestati.

Nec profelytum autem similiter illum fuisse, nec Judæum, Lucas aperte declarat: qui eum non studio propriæ religionis impulsus, sed *quia placeret Judæis, vulpem callidam, ut a Servatore nuncupatur, bellum Christianis indixisse* narrat. Sicuti enim ut placeret Cæsari, se *Φιλοκλαύδιου* cognominavit: ut placeret Pilato Præfidi, qui *nullam invenisset*

in Christo causam, nihil quoque dignum morte egit ei, quem prius voluerat occidere: sic ut placeret Judæis, alios ex Apostolis interemit, alios contrufit in carcerem.

Argumento præterea est vox illa Joannæ Baptiſtæ ad Herodem tetrarcham: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui*, defuncti ſcilicet, quamvis Joſepho ſecus ſentiente. Nam *γυναικα* fratris, Levit. XVIII, 16. dici in Lege eam, quæ non ſit amplius viro ſubjecta, eruditi in ſacris litteris norunt: & e palatio atque ipſo toro regali invitæ maritis regibus abduci principes feminas incredibile eſt, ac fere *ἀδύνατον*. Quod non liceret ei igitur uti prærogativa legis, Deut. XXV, 5. nec habere uxorem fratris ſui Philippi, cauſa eſt facilis & expedita: quod ſolos ea nimirum exceptio Judæos ſpectaret, non item gentiles: cum, Baptiſta idoneo interprete, omnes mortales, ipſique poſt Evangelium prædicatum Judæi, abſque legitima diſpenſatione, lege tenerentur allata, Levit. XVIII, 16.

Quorſum ergo, inquiet aliquis, Hieroſolyma ſub Paſcha ſingulis annis Herodes tetrarcha ſe conferre ſolitus eſt, ſi Judæus non fuit, aut profelytus? Nam eo ſtatis illis diebus venit aſſe ex ſacris litteris haud obſcure colligitur. Illud nimirum in cauſa fuit, quod eſt in ſacris ipſis monumentis proditum. Multi *gentiles aſcendebant* in Jeruſalem, *ut adorarent in die feſto Paſchæ*, quod Joannes in Evangelio teſtatur eſt, cap. XII, 20. Fuiffe autem illos e Galilæa præfertim, recte vidit Græcus Commentator in Joannem, pag. 700. ſive illi Platoniciæ, ſive alteri ſectæ eſſent addicti: qui nempe *μοναρχίαν*, ut verbo ejusdem utar, hoc eſt, unum Deum ſingularem colerent, tamenſi ethnicis adhuc ſuperſtitionibus erroribusque impliciti. Enimvero *ex his quidam acceſſerunt ad Philippum, qui erat a Bethſaida Galilææ*, nempe Galilæum

illuzum hominem conterraneum Galilæi. Ex eo igitur numero qui Hierosolymam tunc venirent, fuisse Herodem, Lucas est auctor, cum in Evangelio, tum in Actis: religionis autem vel obtentu, vel minime ficto officio id fecisse, idem Lucas cum Joanne compositus docet: nam ille adventum Herodis in urbem feriis Paschalibus, iste quæ tunc causa foret gentilium adventus in urbem sacram, perspicue aperit.

Hominis denique totiusque Herodianæ familiæ superstitionem haud obscure prodit illa commoratio in urbe Cæsarea, in pratorio Herodis cognominato, atque adeo in paterno ac suo domicilio, extra Judæam: sed & in eo oppido, quod Herodes pater, in confinio regni sui, hoc est, Samariæ, solo a Romanis adsignato, condiderat, ut ibi collocaretur statio præsidaria militum Romanorum, Act. X, 1. & tribunal Præsidis Provinciæ, Act. XXIII, 24. XXV, 6. Quod si ex domo quæ domini religio sit, minime fallax aut dubia conjectatio est: quis de Herodis superstitione ambigat, qui norit Cæsariensis civitas quantopere esset falsorum numinum adiecta cultui, ut & nummi testantur, & illa civium adulatio, de qua sacræ litteræ prodidere, dum Herodes concionaretur pro tribunali, populum acclamasse, *Dei voces & non hominis?*

Ad annum Christi XLIII.

I. De obitu Herodis, quem Agrippam vocant.

HUJUS exitum refert Lucas in Actis cap. XII, 19. his verbis: *Statuto autem die, Herodes vestitus veste regia, sedie pro tribunali Confestim autem percussit eum Angelus Domini Et consumptus a vermicibus exspiravit.* Longe aliter a Josepho res ea narratur: quo consilio, satis indica-

vimus ad annum Christi VIII. nempe ut facer scriptor non historicam veritatem, sed allegoricum secutus scribendi genus credatur.

II. De Herode Chalcidico.

Ut φιλοκλαύδιος nescio quis Herodes Chalcidicus appellatur, quæ vel ratio vel auctoritas cogat, non satis apparet. Neque enim hujus rei testis omnino ullus, nullum idoneum documentum, nulla causa prorsus afferri potest. At Herodi illi, qui tetrarcha primum, deinde rex fuit, hunc titulum adferunt ea, quæ in descriptione nummorum attulimus, argumenta. Quid si autem non tantum nullus Herodes Chalcidicus, sed neque regnum Chaldis ullum fuit? Nam *regio* quidem *fertilissima Syria Chalcidene* a Plinio nuncupatur, nempe in Syria Cœle, supra Decapolitanam regionem & Damascum: situ nunc tamen obscuro & ignoto. Plinius enim certe regiones ac populos Syriæ Cœles elementorum ordine recenset, lib. V. sect. XIX. ceteri vero scriptores, etiam ii qui Plinio vetustiores vulgo creduntur; cum in illis quidem Plinii verbis allatis idoneum sibi visi sint tractum reperisse regno statuendo, iidem tamen inter se de situ Chalcidis adeo discrepant, ut conciliari posse, nisi geminam poneret Chalcidem, Norisius non putarit, quamvis unicum singuli eorum agnoscant.

Ad annum Christi XLIV.

De Felice Præside.

JAM ab hoc anno Felicem Judææ Præsidem sive Judicem fuisse statuimus hoc uno argumento, quod Paulus in Actis cap. XXIV, 10. sic eum compellat anno æræ Christianæ LIV.

EX MULTIS ANNIS te esse judicem huic genti sciens, &c. Ac si Josepho credimus, Pilatus annis decem gessit hunc magistratum. Decennium igitur pariter Felici ante illum annum, adducti his Apostoli verbis, haud temere adsignamus. Neque enim ille profecto post tres dumtaxat annos elapsos diceret, *ex multis annis*. Tamen Chronicon vetus Felicem Judææ Procuratorem Galilææ Ventidium Cumanum, libro XII. Annalium, cap. LIV. At Josephus, tum libro XX. Antiq. cap. V. tum libro 2. de bello Judaico, cap. XXI. Ventidium facit Galilææ ac Samariæ cum Judæa procuratorem, cui in exilium deportato Felix successerit anno 52. Certe si ambo simul, diviso inter se magistratu in eo tractu fuere: hoc est, si alter Judææ ac Samariæ impositus fuit, nempe Felix: Galilææ alter eodem tempore, nempe Ventidius Cumanus, ut Tacitus refert: tota Josephi narratio, quæ est prolixa admodum locis allatis, fabulis adnumeranda est. Utri autem potior habenda fides est, an verius neutri? cum uterque & sacris codicibus refragetur, ubi Felicis in Judæa magistratum angustiore temporis spatio circumscribit: & cum ratione pugnet usuque civili, ubi Galilæorum nationem paruisse Cumano, Romano magistratui, refert, quæ uni suo regi Agrippæ debuit esse obnoxia.

Ad Annum Christi L I.

- I. *Herodem, de quo in Actis sermo est, falso Agrippam cognominari.*

NUMMUM quidam nuper edidit ita inscriptum:
 ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΓΡΙΠΠΑΣ ΦΙΛΟΚΛΑΤΔΙΟΣ,
 capite diademato. ΟΣ ΚΑΙ ΣΑΡΔΙΑ Η ΠΡΟΣ ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ
 Μ. Hoc est, ipso interprete: *Καίσαρεια ἢ πρὸς τῶν Σεβαστῶν
 μεγάλη, Caesarea ab Augustis Magna.* Et nummum ille re-
 H ij

fert ad Herodem, ut appellat, Agrippam, cujus exitum narrat sanctus Lucas in Actis, cap. XII. hoc est, anno Claudii Imp. tertio. At sapiens nemo, mea quidem sententia, animum induxerit, ut credat a sacro scriptore Herodem regem appellari potuisse, ut diximus, quem nummi Agrippam regem vocarent. Nam usitatioe ac notiore vocabulo designatum ab ipso fuisse principem, nemo sanus ambigat: usitatus autem ac notius illud nomen est, ni fallimur, quod nummi representant. Quem igitur sacrae paginae Herodem vocant, istum alio quam Herodis nomine designatum quoque in nummis, nemo nisi temere existimaverit.

Eccur autem aliter a sancto Luca, a Josepho aliter nuncupatur? Afferam hoc loco non inanis quidem semper conjectoris, sed nunc tamen plus iusto fortassis suspiciosi, ingenioque nimium indulgentis hominis conjecturam. Accipiet quisque, ut volet. Deprehendit ille, ut quidem mustabat nuper nobiscum, coetum certorum hominum ante saecula nescio quot extitisse, qui historiae veteris concinnandae partes suscepissent, qualem nunc habemus, cum nulla tunc exstaret: sibi probe notam illorum aetatem atque officinam esse: inque eam rem istis subsidio fuisse Tullium, Plinium, Maronis Georgica, Flacci sermones & epistolas: nam haec ille sola censet, quod vereor ut cuiquam suadeat, ex omni Latina antiquitate sincera esse monumenta, praeter inscriptiones admodum paucas, Fastosque nonnullos. E ceteris scriptis monumentis, qui hodie valde sudant, ut conciliatis quanta licet ingenii vi sententiis, inter se plerumque dissidentibus, historiae corpus unum integrum representent, eos sibi videri aiebat ex pluribus fabulis novam alteram velle fabricari ac scite concinnare, seam omni ex parte aptius coherentem. Addebat illis annalium architectis majori fuisse adiumento magnam nummorum antiquorum, quam dili-

gentissime congefserant, supellectilem. Horum potestatem in primis fuisse penes totius consilii principem ac primum operis architectum: cui, propterea quod ut thesaurum draco, sic ille nummos in area incredibili sollicitudine custodiret, nec nisi parce admodum eorundem usum conspectumve ceteris impertiret, jocosè sodales geminum SEVERI ARCHONTII nomen fecere: alterum Latinæ consuetudinis, a morositate: Græcum alterum ab eo, quem inter eosdem gereret, veluti magistratu. Tamen illis artificibus multo minorem numismatum veterum copiam, quam nostræ huic ætati fuisse aiebat, Græcorum præsertim: & Latinos, quos in manibus habuit, ut in præpropere opere usuvenit, præpostere sæpenumero intellexisse. An enim, exempli gratia, si Josephus vidisset nummum ΗΡΩΔΟΥ ΕΘΝΑΡΧΟΥ cum lilio Phaselitico, diceret agrum Phaseliticum coli cœptum fuisse post annum V.C.DCCXLIV. ut diximus suo loco: cum prius dixisset anno V.C.DCCXIV. tetrarcham Herodem dici desisse, ut rex deinceps appellaretur? Minime sane. Videret enim cum Phaselitico lilio adhuc ethnarcham vocari. Itaque nec anno uno tetrarcham Herodem exhiberet, sed aliquot annis ethnarcham: nec Phaseliticum agrum primo excultum referret, tanto post tempore quam rex est salutatus. Uno verbo ἀναχρονισμὸν annorum fere viginti viraret. Similia esse sexcenta istorum hominum σφάλματα, aiebat ille ex penuria nummorum Græcorum orta: nec pauciora autem ex iis, quos in manibus habuerè perperam intellectis. Atque hujus dicti in Agrippa ponebat exemplum. Nam cum illos vel una nummorum, quæ Agrippæ nomen ferunt, dissimilitudine admoneret Agrippam geminum existisse: & utrumque statuerent ante excidium Urbis esse collocandum, quoniam urbe excisa regnum Judæorum defecisse, quod Agrippæ detulerant, credi vellent: fingi oportuit, He-

rodi, de quo sermo in Actis, cognomen Agrippæ fuisse: atque ita finxere. Nam ab anno Claudii quarto, quo & priorem Agrippam obiisse, & successisse ponunt alterum juniorem Agrippam, usque ad urbis cladem, plane sunt anni sex & viginti, quot omnino in vetere Chronico Agrippa posterior regnasse perhibetur. In quo dissidet a Josepho, qui quoniam ultra annum XXI. ΕΤ. ΚΑ. ΒΑ. ΑΓΡΙΠ. nummos Agrippæ nullos haberet, finem illius quidem, ut iste, circa everisionem urbis, sed primordia maluit anno tantum XXI. ante eam excisionem figere: quæ res posteris crucem fixit, decertantibus inter se, utrius standum sententia sit, de Agrippæ initiis. Nam de fine inter veteres adeo convenit, nemo ut unus post urbem deletam, nec Josephus ipse, vel quisquam alius Agrippæ annos aut facta ulla commemoret, præter Justum Tiberiensem unum: qui, si fuit, annos Agrippæ usque ad initia Trajani protraxit. Sed effecere ipsi, nemo ut e posteris non hunc hominem Φιλοψευδῆ ac nullius præ Josepho fidei esse statueret, a quo scilicet tantopere discreparet. Ea causa esse inter ceteras huic quem dixi homini videbatur, quamobrem quem sanctus Lucas semper Herodem, numquam Agrippam vocat: hunc vice versa Josephus, ut vel idem gemini nominis fuisse, vel Lucas errasse crederetur, semper Agrippam, ac ne semel quidem Herodem appellet. Annon enimvero ex hoc cœtu, pergebat idem rogare, censendus ille est, qui cum paulo posterius scriberet, & animadverteret hanc suorum cum sancto Luca pugnam atque ἀντιλογίαν, difficilemque præterea, ac sine exemplo, illis præsertim temporibus, duorum istorum nominum in uno homine confociationem: idcirco pari audacia atque improbitate sacrum verius scriptorem, quam Josephum sociosque, venire pronuntiavit in suspicionem erroris? Ἡ δὲ διαφωνία, inquit, τῆ ὀνόμα] ἐν ταῦθα τὸ λέγειν αὐτῶν

Ἀγρίππα Ἡρώδην, ἢ κατὰ Φαλμα, ὡς εἰκός, γραφικὸν γέγονεν, ἢ κατὰ διανομίαν εἴρηκεν. Certe quidem Herodes Agrippa tam dici illo ævo quispiam potuisse videtur, quam Alexander Philippus, vel Ptolemæus Demosthenes.

Sed suas sibi habeat noster ille conjectationes: easque, cum volet, viderit, quomodo sit defensurus: nobis enim vero alia nunc argumenta suppetunt: nec valde refert in præsentī nomine, sive qui sint fraudis istius architecti, dum de fraude interim, vel errore, constet: sive an illa causa fuerit Herodis Agrippæ cognominandi, an verius altera, quam indicavimus ad annum Christi octavum: an ambæ conjunctim. Quid quod enim, si Herodi Chalcidico tribui nummum oporteat inscriptum, ΗΡΩΔΗΣ ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ, hoc ipsum argumento est haud improbabili, non esse Agrippam seniore eum, qui ΑΓΡΙΠΠΑΣ ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ in altero inscribitur? Nam cum eadem ætate reperire non sit duos in nummis reges ΦΙΛΕΛΛΗΝΑΣ aut ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥΣ: quo quis documento fidem faciat existisse simul duos Φιλακλαύδους? cum præsertim arrogans ac superba nimis ea appellatio videatur, in Chalcidis, hoc est, in agri perexigui regulo, si quis fuit. Certe Spanhemius, ceterique viri eruditi, qui nummos inscriptos ΗΡΩΔΗΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ & ΗΡΩΔΗΣ ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ Agrippæ seniori tribuunt, numquam alterum hunc Agrippæ nummum, ΑΓΡΙΠΠΑΣ ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ, eidem Herodi adscribent. Quid ita? quoniam nullo suaderi potest exemplo, ut quisquam in nummis nomine nunc uno, nunc altero, sit appellatus. Geminum ei nomen si fuit: non alterutrum pro arbitrato, sed vel utrumque: vel, si alterum ex his unum, semper idem apparet. Severus Pertinax, exempli gratia, numquam solo Pertinacis nomine designatur: sed vel utroque, vel solo Severi. Herodes igitur, qui semel dictus in nummo sit, dici Agrip-

pa in altero non debuit, sed Herodes tantum, vel Herodes Agrippa.

II. De regis Magni cognomine, in Agrippa nummo.

At Agrippa Magnus, inquit is, qui nummum vulgavit, ut in nummo, sic etiam a Josepho appellatur. Prior tunc intelligi debet is, quem Lucas Herodem nuncupat, non sequens. A Josepho autem? quo loco? Nempe libro XVI. cap. VII. ubi mentio Herodiadis. Ἀγρίππης δὲ, inquit, ἀδελφῆς τῆς μεγάλης. Taceo nunc quidem de Josephi ac sodalium solæco, Ἀγρίππης, quod etiam in codicibus MSS. legitur, pro Ἀγρίππᾶ, ut nummi exhibent ipsius Agrippæ, quicum vixisse vult videri. Quid si magnum Agrippam dixit ille, ut ex eo grege alii, quo sensu nos Galli dicimus interdum, *le grand Agrippa*, pro majore natu e duobus? Certe eo significatu μέγαν in nummo scribi nemo sobrius dixerit. Et est inepta ista quidem locutio, nec ferme hominis qui Græce nisi sub Gallico cœlo didicerit, aspergatque idcirco sermoni Græco subinde Gallicæ nonnihil dialecti. Sed tamen ille capite subsequente ita est de Druso majoris locutus: Ἀθηναία τῆς Δρύσης τῆς μεγάλης γυναίκα. Quid si igitur quem Hebraice nescivisse, cum se Hebræum profiteatur, SALIANUS noster ostendit, Græce idem haud multo peritior fuit? Aliâ quidem sententia mox idem subjicit, Φύσας δὲ μέγας ὦν Ἀγρίππας, καὶ διαφθεῖσθαι πολυτελής. Sed neque istud prodest ad Magni cognomen; quod si Agrippa gessit, postponi nomini oportuit, non præponi: ut esset Ἀγρίππας μέγας, quemadmodum Pompeius Magnus, non μέγας Ἀγρίππας. Sed scriptum est in nummo rectissime βασιλεὺς μέγας, ut sit Rex Magnus, non Magnus Agrippa. Nam interest plurimum, quo vox ea loco ponatur, ut recte intelligatur, quæ vis

vis ei potestasque subdit. Alia Regis Magni, alia Agrippæ magni appellatio est. Illa enimvero a perampla ditione peti solet, ista a rebus præclare gestis. Rex Magnus Agrippa, perinde atque decessor Herodes fuit, ob geminam ditionem, qua pariter potitus est, Galilæa scilicet ac Philippi tetrarchia: sed idem Agrippa Magnus cur dicatur, nihil causæ est. Et ille quidem perturbata supremo Neronis anno Republica, atque ex turbidis imperii rebus majores assumens spiritus, monetam suo vultu ac nomine impressam signare, quod ipsius pater Herodes reformidasset, absque Cæsaris vultu vel nomine, ausus est: in qua se ille Magnum Regem appellaret. Sed brevi repressa ea audacia est. Nam a Vespasiano ita redactus est in potestatem, ut non aliam singulis annis, quam Flaviorum nomine ac vultu impressam monetam cudere ei fas esset, suo vero dumtaxat nomine in area nummi averfa, non etiam vultu: quod est haud leve minimeque obscurum indicium imminutæ pariter potestatis. Atque hæc e summo honoris gradu dejectio, quantum ad jus monetæ spectat, perseveravit in filio, Agrippa juniore: quantum ad regnum attinet, major fuit. Fuere autem Judaicæ historiæ scriptori hæc omnia penitus ignota.

III. De titulis Casarea in Agrippa nummo.

Sed de antica parte nummi hæctenus, quid de postica? *Casarea ab Augustis Magna*, Latinæ aures non ferunt: quantum Græcæ minus, ἢ πρὸς Σεβαστῶν μεγάλη? At *subauditur*, inquit, *appellata*. Sic nuper Valens in quodam Augusti nummo, CONS. S. C. OB. R. P. CONS. quod est, *Conservatori suo coronam ob Rempublicam conservatam*: legit, *conservata Senatusconsulto*; *subauditur*, *statua*. Quod cum ei obiectum est, modeste siluit. Tales subaudiri voces nemo

alterutrius linguæ peritus, aut in nummis lapidibusque versatus dixerit. In tam paucis certe vocibus eam esse vim voculæ *πρός*, ut significet Latine *ab*, quo quis exemplo adstruat? Non *πρός* Græci profecto, sed *παρά* scribant. Quid deinde fiet nummo alteri simillimo sub Nerone, in quo non *πρός* sed *πρό* tantum legitur: ΚΑΙΣΑΡΙΑ Η ΠΡΟ ΣΕΒΑΣΤΩΝ. L. ΙΔ. Num loco *πρός* in nummo scribi *πρό* quisquam putet posse? Quorsum deinde ab Augustis Magna appelleretur? Amplitudo enim civitatis, non voluntas aut gratia Principum, hoc nomen adserit. Et ab Augustis profecto potius dicatur Augusta, *παρά σεβαστῶν σεβαστή*. Nam illud nomen habet in nummis quamplurimis: Magnæ contra appellatio nusquam apparet, cum sint nummi Cæsareæ permulti obvii: in quibus & Augusta, & Flavia, & Felix cognominatur: Magna ne semel quidem, vel in nummo, vel in lapide, vel apud ullum scriptorem etiam fictum. Statimne ut accepit, Magnæ nomen amisit? Si *ab Augustis* accepit, cur nullus ante Neronem nummus Augustorum, nullus post ipsum Magnam appellat? Hyperaspistæ crede, qui Prima Cæsarea cur sit appellata, primus aperuit: qui & Samariam epochamque Samariæ ex simili nummo ablegandam, repouendamque Cæsaream admonitu nostro primus edocuit. Prima Cæsarea Augusta igitur dicta est, quod ante alias civitates Cæsareæ Augustæ nomen habuit: sicuti postea eadem Prima Flavia, quod ea colonia prima Flaviæ cognomen obtinuit.

Primum Judææ, ut loqueris, quisquis es, cum Palæstinæ primæ potius dici oportuerit, si habuit a Vespasiano: dic, amabo, quid aliud ille primatus ibi fuit, præter honorem metropoleos? Metropolim appello, sedem Præsidis Provinciæ. Quæ tunc autem civitas posset de primatu Judææ cum Cæsarea contendere? An Hierosolyma? quæ funditus everfa. An Cæsarea Paneados? quæ longissime distita

in Decapolitana regione. Atqui multo antea apud Cæsaream Palæstinæ sedem fuisse ac *tribunal* præsidis Judææ, constat ex Actis cap. XXV, versu 1. & 6. aliisque locis. De primatu quod narras urbes inter se discepsasse, profer ejusmodi litium, si tamen fuere, vel unum in omni Syria exemplum: nullū est. At metropoleos vocabulum in multis Cæsariensium nummis omittitur. Primū, at & in multis apparet: cur non sit & in isto? cum prima vocis littera integram vocem aut extitisse, aut intelligi debere admoneat. Fac ablatam fuisse a Vespasiano, quod temere affirmatur, metropoleos prærogativam, eamq; sero restitutam: fruebatur ergo prius eo honore civitas: haberi enim necesse est, quod aufertur. Denique nummi *Τιβεριέων & Σεπφορηῶν* in eodem tractu carent ea voce: quam tamen utramque civitatem Galilææ metropolim Josephus ille tuus appellat: cur non & de Cæsariensium nummis, idem statuatur?

At certe non in una parte civitatis coloni fuere Romani, qui Latine: in altera indigenæ, qui nummos Græce cuderent, ut Hyperaspistes adjecit: & *quod de distinctione indigenarum sumpsit Eumenius, nuga*. Strabonem tu forte pluris, quam ego, facis: at ille tamen tuo iudicio nugator, qui discrimen illud colonorum & indigenarum disertis verbis prodidit, de Heraclea & Sinope, libro XII. pag. 542. & 546. Neque enim angustia hujus loci sinunt, ut ex nummis *καπιτωλιέων*, aliisque, nunc ea res multo certius comprobetur: quod in Chronologia Severi fiet. Si Narbone positam inscriptionem, quæ describitur a Grutero, pag. CCXIX. sinceram putas, dic nugatos pariter fuisse Narbonenses illius ævi, qui colonos ibi ab incolis septies fecernunt ac separant. Nolim hic ego tamen tale patrociniū opponere, cum probe norim spuriam illam ac recentem inscriptionem esse. Cujus generis esse quamplurimas qui nesciunt, quam inani

se labore vexant, cum in iisdem illustrandis multum temporis, operæ, chartæque consumunt? Nam quod est, exempli gratia, operæ pretium in Cenotaphia Pisana grande volumen elucubrare, si sunt ea Cenotaphia ab aliquo sat strenuo artifice conficta: ut certis argumentis in Chronologia Augusti ex nummis, Deo donante, docebimus? In hanc primum partem eruditionis, quam *κρητικὴν* Græci vocant, incumbere par est eos, qui prodesse sibi sua studia ac ceteris velint. Incredibile enim ac simile portenti est, quantam falforum scriptorum segetem, de rebus tum sacris tum profanis, execranda & detestabilis una quædam, ut ceteras sileam, ante annos fere quingentos, officina effuderit: quanta sit e diverso, ut auri ac gemmarum, ita genuinorum operum paucitas. Aurum igitur a stipula plumbove secernere, hoc opus, hic labor est. Sed de hac re alias copiosior erit atque opportunior, si Deus dederit, disputandi locus.

Ad annum Christi LXVIII.

Cur nummi Ascalonis & Gazæ, quæ sunt oppida Palestina, a nobis fuerint prætermissi.

HOC anno, qui quartus decimus Neronis est, ab autumno anni superioris, ut in gemino Neronis nummo notatur, quem ad hunc annum descripsimus, Ascalonitæ perinde atque Casarienses Neronis partes secuti nummum cuderunt, in quo annum æræ suæ CLXXI. apposuerunt, ab autumno superiore pariter ineuntem: in altera nummi area vultum Neronis laureati, cum sola voce ΣΕΒΑΣΤΟΣ, ut peculiaris mos fuit illius civitatis, absque Neronis nomine. Sed istum Ascalonis nummum, aliosque ibidem sub Augusto & Domitiano percussos in hac lucubratione consulto prætermisimus, quod in titulo Nummos duntaxat Hero-

diadum polliciti sumus : ad Herodianum autem regnum Aſcalo numquam pertinuit. Fuit enim, teſte Plinio, *oppidum Aſcalo liberum*, ſociumque Populi Romani, jam ab anno V. C. DCL. ſub autumnum, vel DCLI. ineunte. Atque hæc cauſa illius æræ fuit, ut dicemus, vel in Auguſti, vel in ſuperiorum temporum Chronologia: non quam Noriſius attulit, leuibus admodum conjecturis, pag. 435. & 436. Salomæ quidem (non *Salomi*, ut dixit Noriſius *σολοικίζων*, pag. 437.) Cæſar largitus eſſe dicitur Aſcalone palatium, *καίſαρ χαρίζεται κῆ την ἐν Ἀſκάλωνι βαſίλειον οἰκῆσιν*, apud Joſephum, libro XVII. Antiq. cap. XVII. *τὰ ἐν Ἀſκάλωνι βαſίλεια*, libro 2. de bello, cap. IV. Regiam iſtam autem in eo oppido fuiſſe ab Herode ædificatam Noriſius auguratur, ſed ſine teſte. Nam ipſe Joſephus libro 1. de bello, cap. XVI. Rufino, ut aiunt, interprete: *Apud Aſcalonem vero*, inquit, *Nymphæa, ſive lacus ornatiffimos, & balneas, item peristyliam tam opere quam magnitudine miranda conſtituit*. De regiis ædibus verbum nullum facit. Amicam Herodi civitatem idem Noriſius fuiſſe aſſeverat, qui Aſcalonitam Herodem exiſtimat: nec meminit a Joſepho dici eam civitatem fuiſſe uſque ad Veſpaſiani tempora Judæis ſemper inviſam, libro III. de bello, cap. 1. *αἰὲς διὰ μίſους Ἰουδαίους γέγεννημένην*. Verius, neglecto Joſepho, βαſίλειον Aſcalone nullum Salomæ datum: neque in civitate libera ac ſocia populi Romani quidquam donare Cæſar cuiquam potuit. Merito igitur dilati ſunt a nobis in aliud tempus nummi Aſcalonis. Tamen de ſymbolis, quæ in nummis occurrunt ſub Auguſto, Nerone, & Domitiano percuffis, nunc dicemus obiter curſimque, quoniam & aliquid habent affine cum Herodiano nummo anni V. C. DCCXVIII. & eadem conatus exponere Noriſius, aſſert dumtaxat ex Diodoro Siculo fabulam: ſed nihil ad rem. Nec vero fere Diodorus ipſe niſi ſomnia narrat. In Aſcalonitico igitur nummo

Dea turrato capite Gönus est civitatis, ut omnes norunt: dextra hastam puram tenet, symbolum potestatis, seu jurisdictionis: sinistra arbusculam Cypron, cujus e semine confectum fuisse oleum, Ascalone præsertim, maximæ commendationis ac famæ, Plinius auctor est, libro XII. sect. LI. *Cyprus in Ægypto est arbor Zizyphi foliis, semine coriandri, candido, odorato. Coquitur hoc in oleo, premiturque postea, quod Cyprus vocatur. Optimum habetur e Canopica, in ripis Nili nata: secundum ASCALONE JUDÆÆ: tertium Cypro insula, odoris suavitate.* Sic in Herodis ethnarchæ nummo lilium Phaseliticum deprehendimus, cum uva ex agro Engaddi. Sic Cyrenenses, quod nemo ignorat, silphium in suis nummis sculpsere: sic alii alios fructices, qui essent apud se in pretio. Ara lateri dextro Deæ apposita, vota significat pro salute Augusti suscepta: columba denique, præsidem Ascalonis Deam, Venerem Cypriam indicat: quod numen ibi fortassis in honore, ob cyprum, quæ ibi in pretio fuit.

De Gazensium nummis cur hic fileremus, major etiam quam de Ascalone causa fuit: nulli enim Gazenses hac ætate occurrunt quam describimus, ut neque *καπιτωλίεων*, quos esse Hierosolymitanos, Norisio nequicquam refragante, docerimus in Severo: neque Raphiensium. Nummos Gazenses igitur in Hadriani potissimum Chronologia repræsentabimus: ubi illius oppidi æram, a nobis recte positam fuisse anno V. C. DCXCI. a Norisio perperam reprehendi, & in annum DCXCIII. male conjici, defendemus. De Gaza interim taciti præterire ac sine censura non possumus, quod ait Josephus, uti jam indicavimus, traditam Herodi ab Augusto Cæsare fuisse eam civitatem. Daret Cæsar Herodi civitatem liberam? Liberam enim sui que juris Gazam fuisse, non Josepho, sed nummis credimus, qui Gazensium libertatem societatemque cum Populo Rom. atque ejusdem

societatis annos a Pompeii victoria, & M. Tullii Consulatu, etiam sub Antonino Pio, oculis nostris exhibent. Daret Cæsar civitatem non a se expugnatam? sociam jamdudum Populi Romani inconsulto Senatu P. Q. R. civitatem daret? An istud ille auderet primo ipso sui principatus anno? an Senatus ferret? Perinde quasi ea largitio in potestate Cæsaris foret: cui non magis licuit donare vel unum, sive conjunctum fœdere ac societate oppidum, sive stipendiarium, aliove nexu jam Populo Romano obnoxium, quam hac nostra ætate istud licet aut Reipublicæ Venetæ Duci, aut Principi Belgii fœderati, injussu Senatus, vel Ordinum. Neque enim Cæsares fuere illis præsertim temporibus veluti dynastæ, dominique imperii: sed Imperatores tantum & Augusti: hoc est, summi Administratores belli gerendi, & Principes Senatus.

Ad annum Christi L XIX.

Παρεργον. In re nummaria quis censeri debeat eruditus.

SPANHEMIUS pag. 864. ex Seguini Museo hunc ipsum Domitiani nummum affert, & Tito adjudicat. Hic si quis Viro Clarissimo ac pererudito litem moveat, eumque imperitiæ arguat, aut nummum illum, de quo pronunciat, neget contrectasse, quod in vultu aberrarit, neque epigraphen ΔΟΜΙΤ. oculis perspexerit, quæ nobis conspicua fuit: nã ille omnium judicio ineptissimus sit. Neque enim peritus ille habendus est in re nummaria, qui bene litteras nummo insculptas legit, sed qui lectas bene intelligit. Tu rectius forte legis in tuo nummo, quam ego in meo: Dos hæc est, vix fortassis oculorum, nedum ingenii tui: sed vel dioptræ, vel nummi ipsius, qui magis integer & magis conspi-

cuus ad te pervenit. Ergo inter peritos rei nummaria eodem tu esto loco & gradu, quo inter eruditionis magistros cenferi fas est bibliopolas complures: qui quos libros divendunt, horum legere titulos norunt, intelligere non norunt. Quodsi vel Spanhemius, vel similis Spanhemio alter in paucis quibusdam legendis nummis aberrer, de his autem quos probe legerit, differat erudite ac scite: tu interim nullum intelligas, etiam cujus litteras omnes conspicuas syllabasque videris: uter amborum, quæso, peritior? Quodsi alius similis tui Samariticos characteres, non quidem per se ipse legerit, (nam est perinde atque ego sum, quamquam Hebraica docui publice, in Samariticis *ἀναλφάβητος*) sed si alio præeunte Samariticos in nummis characteres quidem legerit: ignarus interim, nam ita palam profitebatur, qua causa nummi Samaritice essent inscripti: alter vero statim aperuerit istud arcanum brevi pagina, in qua lectū a se aut omnino conspectum nusquam nummum ait, sed tantum intellectum: uter, amabo, peritior? Hic locus admonet, ut de me ipso ac pro me aliquid dicam: nam in eadem esse me navi sentio. Prodiit nuperrime epistolum *Ad totius Europe Antiquarios* inscriptum, proposita quæstione, *Utrum laurea Eumenio Pacato sit concedenda?* Avertendum scilicet omni ope ac nisu tantum dedecus fuit, ostensis palam Eumenii erroribus duodecim: selectis, ut credibile est, gravissimis. In quibus, ne singulos fastidiosius enucleem, si se fateatur, quod humanum est, errasse Eumenius, primo quidem arbitrabitur sibi fas esse ridere cum vate quodam, libro VII. Epigram. LXXX.

Triginta toto mala sunt epigrammata libro:

Si totidem bona sunt, Lause, liber bonus est.

Nam & plura multo esse in eo libro, quæ laudari possint, ipsi fortassis Norisio affirmanti fides habebitur: & eundem librum

brum auctor hujus epistolii refert ad totius orbis Antiquarios pervenisse, libri fama, ut quidem ponit iste, permotos. Quid si deinde Eumenius excipiat hos omnes esse lapsus oculorum, nullum ingenii vel judicii: ac ne oculorum quidem, sed nummorum potius, qui cum essent evanidi, aciem legentis fefellerunt? Addet ejus generis nummos istos esse, de quibus intenta lis est, ut & perparum intersit ad veram eruditionem rectene an secus legantur, & in his cuique liceat esse negligenti. Dicit eosdem omnes esse e primo Eumenii conatu decerptos, nullum ex Antirrhético posteriori exarato: profitebiturque; *conari se, ut ex eorum numero sit, qui proficiendo scribunt, & scribendo proficiunt*, ut quidam aiebat epist. VII. multoque verius scripta sua, quam Concilia, priora posterioribus emendari. Subjiciet etiam haud satis bonæ fidei in adversariis videri posse, quod aliquot lapsus ex illis duodecim, nunc iterum tertiove objiciunt, quoniam alii desunt scilicet: quamvis Eumenius ipse tres priores ante trienniū in Antirrhético, quem legisse isti se profitentur, aperte revocaverit, p. 59. & 56. & 53. In nummis reliquis novem, quos per se videre Eumenius non potuerat, nam quis videre possit omnes? securū se fuisse vel Patini fidem, viri utique in hoc genere non aspernandi: vel indicem gazæ Regiæ, quem Antiquariorum coryphæus Valens ipse confecisset, Eumenius vero sæpe emendaret. De quinto, qui annum Hadriani XXII. notat, quam merito runc dubitarit, quam nihil in eo quisquam adhuc viderit, alias dicemus. Ad septimum quod attinet, in quo oppidum legisse Eumenius arguitur pro viri nomine, iniqua prorsus criminatio est. Nam in nummo evanido ac fugientibus litteris, ubi *Τερεστριων* cum Tristano, viro pererudito, tomo 2. pag. 401. legeret, an ibi viri nomen esse non temere crederet? si dioptræ ope ac subsidio *Τερεστριων* feliciter legis, sit illa

oculorum aliqua, ingenii certe vel eruditionis laus nulla est. An Τερεβεντίνων autem ac Magistratus, an Τερεβεντινων, Terebinthi insulæ civium nomen ibi sit, quid rei litterariæ interest? quid inde, ad historiam, ad Chronologiam, ad Geographiam lucis aut subsidii speres? plane nihil. Nam qui insulam esse prope Byzantium negant Terebinthum, ii Zonaram se negant legisse, lib. XVI. cap. XX. & Nicetam in Alexio Comneno, num. XV. quos in Plinianis notis olim indicavimus.

Itaque ex tot argumentis Eumenius efficiet, nihil fuisse causæ, quamobrem Antiquaria *ἔυνωρεῖς* conjunctis operis epistolam scriberet, plenam acceptis de trivio maledictis, quæ Eumenius præter alias causas idcirco negligit, quod eo libello palam ambo fecerint minime se dignos esse, qui inter iudices sedeant, *utrum laurea Eumenio Pacato sit concedenda*. Quod si iste Eumenii hostis geminus Norisium hallucinantem in Cærasiensi nummo excusat, eo nomine, quod nummum non contrectarit: sed sibi Θ pro O referenti fidem habuerit: Eumenium autem accusat, quod indicem alterius amborum secutus sit: quid istud, obsecro, aliud est, quam ex eodem ore, ut aiunt, calidum frigidumque efflare?

Quid si quis e novissimo libro Valentis duodecim pariter errores, prout sese primum nullo delectu facto obtulerint, Antiquariorum Senatui repræsentet? 1^o pag. 41. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ legit, pro Θ ΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ, *Divus Augustus*: hoc est, vivum facit ex mortuo: in altera autem nummi superficie, ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. L. ΙΔ. ad Tribuniciam potestatem refert: cum Tribunicia potestas in nummis numquam signetur cum L. vel ET. nec sine vocibus ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞΟΤΙΙΑC: nec denique Tiberius Augustus Σεβαστός fuerit, cum Tribuniciam gereret potestatem XIV. sed XVI. dumtaxat.

2^o Pag. 254. inter Constantis nummos hunc refert, VOT. XXX. MULT. XXXX. quem de Constantino accipit: cum neque Constantini sit, neque Constantis, sed Constantii.

3^o Pag. 71. nummostres, ΕΤΟΤΣ Η. ΕΤΟΤΣ ΚΡ. ΕΤΟΤΣ ΚΔ. de rege Polemone accipit, cum sint anni æræ Claudianæ: sintque idcirco in ea nummi area apposti, sive quæ Tiberii Claudii vultum exhibet, cum ΕΤΟΤΣ ΙΑ. sive quæ Neronis Claudii, cum numeris proxime adnotatis.

4^o Pag. 68. & 69. in nummis duobus, altero qui ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ, altero qui ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΣ ΘΕΟΤΡΙΟΣ inscribitur, Claudii caput nunc radiatum, nunc laureatum agnoscit: cum in utroque sit Augustus: nec Claudius esse possit: qui nec *Divus Augustus* unquam, nec *Divi F.* dici potuit. Sic vice versa in libro de Coloniais, pag. 46. Augustum fecit ex Caio principe, quem vulgo, ut alias dicemus, sed falso Caligulam vocant.

5^o Pag. 43. Cossium Lentulum in nummo aureo Consulē facit, cum sit tantum Monetæ Trium-Vir.

6^o Pag. 158. Tres Amilii fingit æras, cum sint dumtaxat duæ.

7^o Pag. 212. IOVI. PRÆ. ORBIS, mavult *Jovi Præfecto Orbis* legere, quam nobiscum *Præsidi*: quamvis nemo præfectus Latine dici possit, nisi quem alius præferit.

8^o Pag. 211. In nummo Commodi, TR. P. XIII. IMP. VII. pro IMP. VIII. & pag. 212. TR. P. IV. IMP. VI. pro IMP. III.

9^o Pag. 213. sub titulo, M. COMMODUS ANTONINUS FELIX AUG. BRIT. ponit in averfa parte, P. M. TR. P. VII. IMP. V. cum ille nec Britannicus, nec Felix dicatur in nummis ante TR. P. X. IMP. VI.

10^o Pag. 216. TR. P. XI. COS. VI. pro COS. V.

11^o Pag. 240. in Gallieno, TR. P. X. COS. II. pro COS. V.

12^o Pag. 77. in Antonino Pio, LIBERALITAS AUG. VII. IMP. VIII. COS. III. cum Antoninus non sæpius quam IMP. II. in nummis occurrat, & legi COS. III. oporteat. Pluribus nunc superfedeo: nam quis finis, si quis recensere lapsus velit omnes? Mitto festivam illam interpretationem nummi Volusiani Imp. ΑΤΤ. Κ. Ρ. Α. ΦΙΝ. ΓΑΑ. ΟΤΕΝΔ. ΟΤΟΛΟΚΙΑΝΟC. Nam ubi Valens veluti quatuor auctum triumphis, Vandalicum, Finnicum, Galendicum, Vendenicum, Volusianum cognominavit: ac nomina Augusti quatuor transformavit in totidem gentium nomina, quo Romana numquam arma penetravere: quorum postremum etiam fictum est & antehac inauditum: ibi legi oportuit, *Imp. Caesar Galerius Finius Gallus Vindex Volusianus*, ut Hyperaspistes admonuit, & in Chronologia Volusiani dicturi sumus. Sunt autem hi lapsus partim hominis prave legentis, sed plerique perverse intelligentis: quod utrumque vitium in Antiquariorum primipilo venia omni caret: præsertim cum historiæ plurimum & Chronologica rei intersit non in istis labi. Tamen si quis etiam post longam ejusmodi erratorum seriem exclamet. *O hominis impudentiam, qui nec nummos contrectarit, sed ex ingenio cuncta fabricat!* Post errores fere ducentos ab Antirrhethici auctore indicatos, jam istum docere velle, laterem lavare esset, & *Aethiopem de albare.* O egregium epocharum scrutatorem & artificem! *Quid infelicius pro milite glorioso? Antiquariorum cymbalum vult haberi: bulla ventosior: similesque multas verborum blanditias si quis effundat, quis vir frugi approbet?* Longe humanius certe ruri, atque in ipso foro lites geruntur. Est quidem hoc jurgium *ωδερυ* & *λογ*, ut inscripsimus,

præterque propositum : tamen attingi a nobis potuisse, dummodo fieret moderate, nemo, ut spero, negabit.

Ad annum Christi LXXI.

De annis Agrippæ, ex Josepho.

Hic nummus Domitiani, cum epigraphæ ΕΤΟ. ΚΑ. ΒΑ. ΑΓΡΙΠΠΑ. quem representamus ex Patino, æque ac duo Regiæ Gazæ, quos anno LXIX. retulimus, Agrippæ anno XIX. quos cum aliis in hoc opere laudatis diligenter otioseque exploravimus, ostendente perhumaniter, ut solet, Viro Clariss. OUDINETO, Regii Cimelii Custode: nummi, inquam, isti Josephum non unius, sed perpetui cujusdam erroris arguunt, qui Agrippæ initia anno uno ubique antevertat. Nam is, exempli causa, libro 2. de bello Jud. cap. XXV. Neronis annum XII. Mense Majo, cum XVII. Agrippæ in Judæa anno componit. Quod si verum esset, annum hunc oporteret esse alterum ac vicissimum Agrippæ regis.

Ad annum Christi LXXVI.

Non fuisse Agrippam religionē Judæam.

In nummo quem Erizzo descripsit, Dea habet emicantem in summa fronte Lunæ crescentis effigiem : quod est symbolum Veneris Genetricis, de qua alias. Ergo regem ethnicum, non Judæum, ni fallimur, ea numinis effigies probat. Didicerat ille quidem Judaicas consuetudines atque quæstiones : credebatur, id quod sæpe audierat, vaticinatos esse de Christo rege venturo prophetas, ut ex Paulo discimus in Actis, cap. XXVI, 3, 27. Nam Apostolus ibi hominem acriter

K iij

perurget, ut quod animo clausum tenebat, hoc lingua promereret. Gentiles enim vero plerique in eo tractu atque illis temporibus, cum numen divinum colerent, templumque frequentarent statis anni diebus; iidem oraçula prophetarum a Judæis edocti de rege propediem nascituro, expectatione eventus, perinde atque ipsi Judæi, suspensi pependebant: nec Judaicos interim ritus amplexi, quos nullius esse momenti crederent: nec dantes Christo Servatori nomina, crucem perosi. Itaque illi palam in avita superstitione perstabant, præter *Deum Ignotum*, ut aiebant, alia quoque numina venerati. Ex eo fuit Agrippa numero, ut nummi doceant: quos qui non habuere, vel non satis diligenter inspexere, ex hoc uno Actorum loco perperam intellecto Judæum fuisse Agrippam collegerunt.

Ad annum Christi LXXX.

De ara Flavianæ, Aureliana, & similibus.

IN nummo Titi, COL. CÆSAREA. L. IB. ΦΑΑ. qui coloniam liberam legunt, quam graviter ii fallantur, in Antirrhetico docuimus, pag. 54. Cæsaream nummi nulli neque Latini liberam, neque Græci prædicant *ἀντωνόμων*: cum sint nummi tamen illius civitatis obvii. Qui Flavianam illic æram nolunt agnoscere, iidem fortassis neque in nummis Commodi Alexandria percussis Aurelianam agnoscere potuerunt, quæ a primo M. Aurelii Antonini anno ad ultimum usque M. Aurelii Commodi annum perducta est, in quo stirps Aureliana desit. At inventus est ante biennium nonnemo, cujus nunc nomini parcimus, qui hos annos in nummis Commodi secus acciperet. Nam is annum XX. L.K. quoniam in annum Commodi primum incidit, vice si-

nummum ætatis Commodi annum, ceterosque deinceps usque ad XXXII. similiter interpretatus est; quo dici nihil alienius a vero potuit. Nam, ut cetera nunc prætermittam argumenta, an potest vicesimus ætatis Commodi annus, & XXI. & XXII. idem esse cum XX. XXI. & XXII. Faustinae Commodi matris anno? Fieri certe non potest. Atqui hujus Faustinae tamen pariter nummos tres e Thesauro Mauroceni pag. 125. Patinus exhibet, similiter notatos, L. K. L. KA: L. KB. Non magis in illis igitur anni Commodi, quam in istis Faustinae ætatis anni signantur. Adde quartum ejusdem Faustinae nummum e Cimelio D. DRON, in quo annus XIX. alterumque L. Veri perrarum maximæ formæ, e locupletissima gaza Illustriss. D. FOUCAULT, summi rei ærariæ, judicariæ, ac civilis in inferiore Normannia Præfecti; qui nummus eundem annum XIX. ENNEA ΚΑ. exhibet, nempe æræ M. Aurelii, qui tunc rerum potiebatur: non autem vel Faustinae, nam Principum feminarum annos notari solitos fuisse nemo dixerit: vel L. Veri, quem & supremum diem ante annos decem obiisse alii nummi docent: & novis hoc anno decimo nono auctum honoribus ab Achæis Asiæ minoris, nummus hic fidem facit. Qua de re alias uberius dicemus. Nescis, amice, morem hunc olim usurpanti solum in Oriente, ut in nummis consignaretur æra familiarum illius, cui se tuendam Respublica commisisset: Juliana, Augustana, Claudiana, Flaviana, Aureliana, Severiana, Diocletiana; quemadmodum si Lutetia notasset in nummis olim æram Valesiorum a Philippo Valesio, & nunc similiter regum Borboniorum æram consignaret, ab Henrico Magno. Et illi quidem nummi tres Faustinae, quos diximus, non inanem modo conjecturam ostendunt de ætate Commodi in nummis signata: verum etiam cum haud mediocri pondere auctoritatis accedunt ad cetera argumenta, qui-

bus historię Augustę scriptores de Faustina obitu falsi convincuntur, atque adeo *rodeias*.

Ad annum Christi LXXXII.

De Sebaste Samaria, & ara Sebastenorum.

EX quo excisa est urbs Samarię a Salmanassare, oppidi deinceps nomen Samaria non fuit, sed regionis: in qua post Neapolim secundum locum, Plinio ita prodente, Sebaste obtinuit. Hanc ab Herode conditam fuisse initio posuimus, ut aliquid saltem semel feliciter coniecisse Josephum daremus. At nunc pœnitet hujus indulgentię. Nam vellicat aurem Plinius: qui postquam Cæsaream dixit conceptis verbis ab Herode rege conditam fuisse, de Sebaste, quam statim subjicit, nihil tale refert. Et vero potuit æque Augusti Cæsaris atque Herodis jussu arx ea in monte, ut ait Plinius, continendis Judęis haud impar exstrui.

Nemo enim ignorat, opinor, hoc esse in more principum, ut in extremo regno arces de suo nomine exstruant, tum ad tutandos fines suos, tum ad hostes subditosque in officio continendos. Neque quemquam profecto et posteris ulla ratio in dubitationem adducet, Arcemne Ludovici, exempli gratia, *le Fort Louis*, aut Carolo regium, *Charleroi*, similesque munitiones, alius exstrui jusserit, quam cujus unaqueque nomen præfert. Et Sebasten igitur *Σεβαστήν*, hoc est, ab Augusto conditam pariter fuisse, maximam similitudinem veri habet. Ut ut est autem, alteruter haud dubie in animo habuit, multo vero magis Augustus, si conditor ipse Sebastes fuit, annum consignare, quo Augusti sive *Σεβαστή* nomen accepit: cum ea civitas in nummis suis & natalem suum, & honorem simul nominis Augusto delati, orbi publicaret,

caret. Josephum itaque nunc nihil moramur, qui libro XV. cap. XI. Norisio subscribente, ad annum V. C. DCCXXIX. quem Herodis annum XIII. appellat, Sebastes ædificationem refert. Ac, nisi fallimur, hæc æra *Augustorum* est, sive *Augustana*, quam auctor libri de die Natali, sub nomine Censorini, ab eo ipso anno repetit, quem diximus Sebastes esse natalem, V. C. DCCXXVII. Consulatu Augusti VII. & Agrippæ III. quamque æram ex his ipsis nummis aut lectis perperam, aut perversè intellectis collegisse potest videri, L. ΘΡ. ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ, annum CIX. *Augustorum* imperite interpretatus. Certe quantum vis licet ille asseveret nomen annorum Augustanorum ad suam usque memoriam permanere, atque in Ægypto biennio prius quam in orbe reliquo numerari: tamen in nullo prorsus scripto sculptove monumento æra ista Augustorum consignata apparet, si Sebastenorum nummos exceperis. Norisius pag. 446. ait in *Chronico Eusebii* (quod alii Hieronymianum vocant) *natalem Sebastes septenniotardius statui, & non tantum quadriennio, uti scribit in Notis Scaliger: ita nummorum ope insignium scriptorum anachronismos emendari.* Huic censuræ ultro subscribimus, ut modo pro septennio novennium reponat. Sic Tiberiadis natalem decennio retardavit auctor ejusdem chronici: Cæsareæ Paneados, annis quatuor & viginti. Sed hunc isthic *divinare, ut solet, Scaliger jamdudum admonuit in iisdem Notis, ad annum M. M. XLI.*

Hujus autem oppidi Sebasteni in sacris Novi Testamenti litteris mentio nulla est, eam ob causam, opinor, quod urbs esset tota Græcorum atque Gentilium, perinde atque Cæsarea Palæstinæ: & Romano utraque munita præsidio. Fuit autem illud Christi Domini mandatum de his civitatibus similibusque, Gaza, Ascalone, Tiberiade, Juliade, & Cæsarea Philippi, Matth. X, 5. *In viam gentium ne abieritis; &*

in civitates Samaritanorum ne intraveritis ; sed potius ite ad oves, quæ perierunt domus Israel. Nam æque gentes, de quibus hic sermo est, ac Samaritani, intra Palæstinæ fines fuere. Neque hic discipulos Dominus Palæstina vetat excedere: quibus haud tantum animi tunc fuisse videtur, ut deserere patriam auderent. Certe in urbem Cæsaream inferre postea pedem Petrus memor istius præcepti veritus est, usque dum cœlesti edoctus oraculo, vocem illam Domini ad solum vitæ suæ tempus in terris pertinuisse, jussus est eo se conferre, Act. X. & XI. Et de gentili quidem Cæsariensium superstitione sat diximus. Sebasten autem falforum similiter deorum cultui addictam fuisse, Jupiter in nummo sculptus admonet. Ab Herode Magno templum ibi Augusto dictum fuisse Josephus est auctor, libro XV. Antiq. cap. XI. & libro 1. de bello, cap. XVI. At non ego credulus: qui probe noverim, ne Romæ quidem erga Cæsarem Augustum, ullumve Principum, usque ad dedicanda templa adulationem processisse, ut in Chronologia Augusti dicemus.

Ad annum Christi LXXXVI.

*De nummo Agrippæ junioris, EPI. BA. APPI.
ET. K5. SC.*

NUMMI omnes Agrippæ junioris conspirant atque consentiunt, ut doceant ei commissum ex Senatusconsulto imperium rei militaris in Palæstina: sive illud officium, quod Ducis Palæstinæ multo recentior Notitia Dignitatum appellat, sect. XXI. Hujus sub dispositione ibi dicuntur fuisse, si tamen fidem liber meretur, equites Eliæ positi, hoc est, Hierosolymis: cohortes aliæ juxta Jordanem, aliæ inter Eliam & Hiericunta, aliæ alibi copiarum plurimæ. Nam

ETI. BA. non *rege*, sed *sub rege*, sic accipiendum est, ut ea formula conflatum esse nummum admoneat, non in ea ditione, quam ille regia potestate, sed in provincia, quam Cæsaris ac S.P.Q.R. vice, vel Præsidis ritu administraret, vel tamquam legatus armis defenderet. Itaque hunc Ducatum in Palæstina quidem hic nummus significat Cæsareæ percussus: in Galilæa autem & Judæa, ut dicemus postea, tabernaculum sive tentorium, in omnibus fere nummis hujus Agrippæ cum spicis insculptum: quasi omnis illius regie potestatis usus esset in castris ad tutandum Galilææ ac Judææ, limitem rite locandis ac permutandis: cujus rei symbolum tentorium est.

Ad annum Christi XCI.

De æra & nominibus Neapoleos Samariæ.

NUMMUM similem priori e duobus, quos hoc anno descripsimus, Spanhemius pag. 769. e Gaza Regia, Tito adscribit, cum Domitiani sit: legitque ΦΛΑΟΤΙ. ΝΕΑΠΟΛΙ. ΣΑΜΑΡΕΙΑΙ. pro ΣΑΜΑΡΕ. L. AI. hoc est, *Σαμαρείας, anno XI.* At nos hoc loco duos non ea mente exhibuimus, ut anno isto percussos fuisse suaderemus: sed ut quisque intelligeret ex nostra præsentī animadversione, quam ibi spondimus, quam sunt in nummis diligenter investiganda prius singula, quam de his pronuncies. Ne Domitiani enim annum illum esse undecimum affirmaremus, tamen si prima specie nemo non ita existimet, ac ne cuiquam etiamnum affirmanti credamus, nummi prohibent ejusdem civitatis, Neapoleos Samariæ, quatuor vel quinque, Antonii Pii temporibus percussi: in quibus æra notatur Flavianiana, seu potius Neapolitana: neque enim ducit initium ex

quo Flavii rerum potiti, sed ex quo Flaviae nomen Neapolis Palaestinae obtinuit. Nam cur in Flavii Domitiani nummo aliam existimabimus aeram signari, quam Neapolitanam ab accepto Flaviae praenomine, cum ipsius quoque Antonini Pii principatu non alia appareat in nummis illius civitatis, quam haec ipsa Neapolitana, ex quo illud Flaviae praenomen accepit? Quo argumento duplex aera statuatur in nummis unius civitatis, ubi satis fit unam intelligi? Deinde cum illo eodem aeo atque tractu terrarum, ut vidimus, similiter Sebasteni suam aeram cum anno Domitiani primo, Herodes tetrarcha suam pariter cum anno Caji principis primo, et suam Zenodorus cum primo Asiae receptae Augustique imperii anno, conjunxerit: nec post annum illum Sebastenorum alius sub Domitiano nummus magis appareat quam Neapolitanorum, aut sub Augusto Zenodori, aut Herodis tetrarchae sub Cajo principe: quis non intelligit ad primum Domitiani annum aequae referri oportere Neapolitanorum haec nummum, quam Sebastenorum? moremque illius aevi fuisse, ut reges, tetrarchae, & civitates, cum aera sua componerent annum praesertim primum Principum Romanorum? Admonet & littera Σ, in hisce Neapolitanorum nummis nondum lunata effigie conformata: quod argumentum est, ut periti norunt, exorientis adhuc Domitiani principatus. Ex his porro intelligere est, primum Neapoleos Samariae annum statui oportere, LXXI. aerae Christianae, autumno incuntem. Nova enim civitas in anni sui initio figendo Graecum statim morem secuta fuisse videtur, neglecta vetere Judaeorum ac Samaritarum consuetudine a verno tempore anni inchoandi. Norisius in Epocha Neapoleos, de nummis istis duobus tribusve differere, quos attulimus, quoniam vel sciens prudensque refugit, vel imprudenter omisit, certo definire initium aerae Neapoleos non potuit.

Haec aera perseverat, ut diximus, sub Antonino Pio, in

nummis ipsius Pii, & Aurelii Cæsaris, & Faustinae junioris. Ubi vero Neapolis ad Flaviae appellationem in nummis suis Aureliae prænomen adjecit, ΑΤΡ. ΦΛ. ΝΕΑΣ. ΠΟΛΕΩΣ. ΣΤΡ. ΠΑΛ. & ΑΤΡ. ΦΛ. ΝΕΑΣ. ΠΟΛΕΩΣ ΣΑΜ. nempe sub M. Aurelio Antonino, desit hæc æra deinceps apponi: quoniam annus unus & idem esse non potuit, ex quo utrumque prænomen adepta civitas fuerat. Norissimum interim miror, qui pag. 449. de M. Aurelii Antonini Caracallæ nomine Aureliam Neapolim in nummis cognominatam velit. Nam de istius Antonini nomine, nonnisi Antoniniana dictæ sunt civitates in nummis, ut Amasia, Ancyra, Tarsus. Quæcumque dicta Aurelia est, id nomen habuit a M. Aurelio Commodi patre: a quo & *colonia Aurelia Carrbenorum & Colonia Aurelia Karthago Kommodiana Pia Felix.* inscribitur: non *Carrbenorum Commagene*, ut a quibusdam perperam interpretatum fuisse monuimus, in priore nostra de Nummis antiquis lucubratione, pag. 116. Et quæ apud Spanhemium, pag. 776. in nummo Caracallæ, *Colonia Aurelia Antoniniana Alexandria* vocatur, nempe Troas, geminum prænomen a gemino Augusto, M. Aurelio nimirum, & Antonino Caracalla, ut vocant: sicuti Neapolis a duobus Augustis, Aurelio & Flavio, geminum Aureliae & Flaviae prænomen traxit. Una ex omnibus, opinor, *Colonia Aurelia Pia Sidon* ab uno Imperatore M. Aurelio Antonino Pio, quem Elagabalum vocat, geminum nomen tulit: alterum a nomine Aurelii, a Pii cognomine alterum: quod singularis cujusdam artificii fuit, ut ex utroque conjunctim nomine planum esset, ex Aureliis qui plurimi sunt, a quo se deductam colonia Sidon agnosceret.

Quod superest denique de Neapoli dicendum, verus illius nomen *Mamortha* fuit, teste Plinio: tamen si Josephus libro V. de bello cap. IV. *Μαβάρθα* vocat, nimirum ut in Sa-

maritico nomine efferendo Josephi admonitu posteri crederent lapsum esse Plinium: cujus viri auctoritatem ut imminueret factio antea indicata, quot & quas artes adhibuerit, alias Deo juvante patefaciemus. Sed & alio ex capite Josephus a Plinio dissidet. Nam iste prius oppidi nomen repudiatum atque e medio sublatum admonet, Neapoleos in illius vicem inducto vocabulo: *Oppidum Samaria Neapolis*, inquit, *quod ANTEA Mamortha dicebatur*. Ille simul a Græcis Neapolim, ab indigenis *Mabartha* appellatam refert, *τὴν Νεάπολιν καλυμένην, Μαβαρθὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων*. Et Neapolim ille quidem jam tum sub Nerone appellatam fuisse innuit: cum ipsa quidem vox *Νέας πόλιος* & æra in nummis ejus impressa, videatur æque recentem indicare Neapoleos ac Flaviæ appellationem: Pliniana vero oratio, quæ est accuratissimæ brevitatis, haud obscure significet, pulsis inde Samaritis a Vespasiano, rejectoque simul veteris Samaritico vocabulo, novos incolas, nempe Græcos, inductos in eam civitatem, nova, ut fit, munitionum accessione firmatam, novum Neapoleos nomen adscivisse. Quam porro dubia est illius scriptoris patria, qui *Νεάπολιν* more Latino scribit, pro *Νέαν πόλιν*? Et hæc suspicio cadit in omnes, qui simili errore tenentur. Nam Græco sub cælo nati, ut Thucydides: & quorum scripta constat perinde atque istius esse genuina, *Νέαν πόλιν* scribunt. Palæstinus certe *Νέαν πόλιν* dixisse testes nummi sunt, ΝΒΑϸ ΠΟΛΕΩΝC inscripti. An Palæstinus ergo censeri debet, auctor Originum Judaicarum, qui ab eo more discedit? Nam Act. XVI, II. si *Νεάπολιν* hodie legitur, id eorum inscitæ tribuendum, qui Græcos sacræ scripturæ codices a suis sodalibus interpolatos descripserunt, quamquam codex Alexandrinus eo loci *Νέαν πόλιν* retinet. Sed & vox *Μιθραδάτης*, quæ apud Josephum sociosque occurrit, pro *Μιθραδάτης*, ut

ut nummi habent, parem oris Latini suspensionem efficit.
 Qua de re nos alias fortassis dicturi sumus.

Ad Annum Christi XCIV.

De forma dissimilitudine in nummis Herodiadum.

IN nummis Herodiadum, diversos Principes vel una indicat dispar forma nummorum. Herodes prior usus est dignendi casu, ΗΡΩΔΟΥ ΕΘΝΑΡΧΟΥ. Herodes alter recto casu, ΗΡΩΔΗΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗΣ, aut ΒΑΣΙΛΕΥΣ. Agrippa prior similiter, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΓΡΙΠΠΑΣ, sed supremo tantum Neronis anno: sub Vespasianis, numquam sine aliquo vultu Flaviorum in priore parte, rejecto in averfam aream solo Agrippæ nomine absque vultus effigie: ΕΤΟ. ΙΘ. ΒΑ. ΑΓΡΙΠ. anno XIX. vel alio *regis Agrippæ*. Susceperat ille Neronis partes anno istius supremo, cum sua Cæsarea, ut simillimi admonent Neronis & Agrippæ nummi, in eadem illa civitate anno ipso conflati. Eam ob rem, ut Cæsarea, deducta mox eo a Vespasiano colonia, poenas persolvit Reipublicæ violatæ: sic iste ab eodem multatus est Magni Regis appellatione, atque adeo, ut apparet, Philippi tetrarchia. Hoc illa una nummorum Agrippæ discrepantia subicere oculis pæne ipsis videtur. Denique alter Agrippa scripsit, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΓΡΙΠΠΑΣ. I. Q. cum tabernaculo, seu papilione, *une tente, un pavillon*: quo significetur Judæam ab Agrippa rege, non regio, jure aut potestate administratam, sed tantum Rectoris sive Imperatoris titulo, hoc est, Ducis copiarum Romanarum in illo imperii limite constitutarum. Est enim Imperatoris adsignare, ubi tentoria ponenda, castra locanda, quove transferenda sint. Quare una eademque nummi area regis Agrippæ

nomen exhibet, & tentorium. Nam Scenopægiæ festum in nummo quærere: aut in spicis, quas area nummi altera representat, festa gemina Azymorum & Pentecostes, puerile est: nisi forte quis existimet Cæsarienses quoque Cappadociæ eadem festa celebrasse: eo quod in Cimelii Droniani nummo, Alexandri Severi principatu, tres spicæ similiter emicant, cum epigraphe, ΜΗΤΡΟ. ΚΑΙΓ. ΕΤ. Ε. Functus eodem Ducis seu Rectoris munere multo post, is qui in nummo Aureliani Imp. appellatur VABALATHVS VCRIMOR, hoc est, *vice Cæsaris Rector Imperii Orientalis*: vel potius, siquidem, ut admonuit D. DRON, in nitidiorum nummo apparet VCRIMPR. *vice Cæsaris Rector Imperii Romani.*

Jam symbolum Judææ in nummis Agrippæ senioris nullum est, sed Galilææ tantum. In nummis junioris Agrippæ vicissim qui supersunt, nullum peculiare Galilææ symbolum est: in Judæa Samariave percussos fuisse, forma nummi & fabrica admonet, qualis in nummo ΚΑΙΣΑΡΟΚ. ΛΘ. anno Christi octavo. Hinc haud temere conjicere est, post mortem Agrippæ prioris, Galilææ regnum ereptum Agrippæ filio a Domitiano fuisse, solo regis titulo ei relicto, cum exigua, quæcumque ea fuerit, regni portione: & præfectura rei militaris in limite Arabiæ & Palæstinæ: quam ille ob causam nec Magnus Rex, ut pater & avi frater, sed rex tantummodo appellatur in lapide Sponiano. Verum a Trajano Regina Magnæ Berenicæ Galilæam cum Ituræa fuisse restitutam ex eodem lapide, ut apparet, efficitur.

Ad annum Christi XCVIII.

Vera descriptio Herodiana gentis ex sacris litteris, nummisque, & marmoribus.

INSCRIPTIO a Sponio descripta Athenis, ab
Hyper-

Hyperaspiste nuper laudata, Trajani principatu posita videtur: certe postquam Agrippæ patri defuncto filia Berenice successerat. Est autem hujusmodi.

Η ΒΟΤΑΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΥΤ ΠΑΓΟΥ
 ΚΑΙ Η ΒΟΤΑΗ ΤΩΝ Χ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ
 ΙΟΥΤΑΙΑΝ ΒΕΡΕΝΕΙΚΗΝ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΝ ΜΕΓΑΛΗΝ
 ΙΟΥΤΑΙΟΥΤ ΑΓΡΙΠΠΑ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΘΥΓΑΤΕΡΑ
 ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ
 ΕΤΕΡΓΕΤΩΝ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΕΚΓΟΝΩΝ
 ΔΙΑ ΤΗΣ ΠΡΟΝΟΙΑΣ ΤΟΥ ΕΠΙΜΕΛΗΤΟΥ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ
 ΤΙΒ. ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΘΕΟΓΕΝΟΥΣ ΠΑΙΑΝΙΕΩΣ.

Senatus Areopagi, & Senatus Millevirorum, & Populus, Juliam Berenicen Reginam Magnam, Julii Agrippæ Regis Filiam, & Magnorum Regum Benefactorum Urbis Neptem, procurante Urbis Ædile Tiberio Claudio Theogene Paianiensi, venerantur. Huic voci ἐκγονοῦ, quæ vis ac potestas subfit, intelligere est ex inscriptionibus ab Hyperaspiste indicatis: Gruteri, pag. CCLV. 4. Sponii, pag. II. & 329. & 354. Nunc igitur, quod unum denique potest hoc loco desiderari, quæ sit Herodiani generis descriptio ex isto lapide, & nummis antiquis, ac sacris codicibus, breviter repræsentamus: ac simul alteram ex Josepho e regione opponimus: ut quam sint ambæ inter se dispares, oculi statim ipsi faciant fidem,

Ex sacris litteris, & nummis, ac lapidibus.

HERODES Ethnarcha primum Judææ
ac Samarizæ, deinde Rex

ARCHELAUS
Rex Judææ ac
Samarizæ: Mat.
2, 22. ubi re-
gnasse dicitur
in Judæa pro
patre suo, hoc
est, regnum ob-
tinuisse pater-
num cum titu-
lo regio.

PHILIPPUS
Tetrarcha Itu-
rææ & Tra-
chonitidis. V-
xor Herodias.

HERODES
Tetrarcha pri-
mum Galilææ:
deinde Ma-
gnus Rex, ad-
jecta Ituræa
& Trachoni-
tide.

AGRIPPA,
Magnus Rex
Galilææ, & Itu-
rææ cum Tra-
chonitide: cu-
jus ætate ca-
pta sunt Hie-
rosolyma.

Uxor Bereni-
ce, Act. XXV.

JULIUS AGRIPPA, Rex,
vice Cæsaris, Præfectus rei
militari in Judæa & Palæsti-
na, usque ad suprema fere
Domitiani tempora.

JULIA BERENICE, Regi-
na Magna.

*Ex Josepho.*HERODES MAGNUS, Rex Judææ,
Idumææ, & Galilææ.

Herodes ignus	ARCHELAUS Ethnarcha, NOR Rex.	HERODES Tetrar- cha Gal- ilææ.	Ar. Stobulus	PHILIPPUS tetrarcha Tra- chonitidis.
Sa cme uxor Philippi.				

Herodias primum uxor i- gnoti Herodis, Herodis M. filii: postea & Hero- dis tetrarchæ,	AGRIPPA, rex Judææ & Galilææ, qui anno Claudii ter- tio obiit.	HERODES Chalcidis Rex.
---	---	------------------------------

Berenice.

*Reliquam Herodis proge-
niem, quam Josephus re-
cesset, libro XVIII. An-
tiq. cap. VII. consulto pra-
termittimus, quoniam ne-
que ad eam refellendam
nummi antiqui juvant:
neque ipsa vicissim ad
nummos illustrandos.*

AGRIPPA, sub quo
capta sunt Hieroso-
lyma: quem usque ad
tertium Trajani an-
num vixisse Justus Ti-
berienfis, ut ajunt,
prodidit: longe prius
obiisse alii ex Josepho
utcumque colligunt.

I. *De gemino Agrippa.*

Multa se hic offerunt haud leviter consideranda. Primum est de Agrippa gemino. Agrippæ Magni Regis filiam Berenicen fuisse Josephus ait, negat lapis descriptus a Sponio, dum Regis filiam solum vocat, non Magni Regis: & idem eos solummodo, quorum illa *ἐκγονος* fuit, hoc est, neptis proneptisque, Magnos Reges appellat, avum ac proavi fratrem: Agrippam priorem scilicet, & Herodem tetrarcham. Agrippa igitur geminus fuit, si Josepho neglecto, lapidi uni nummoque credimus: alter, quem Regem Magnum fuisse nummus prædicat: alter, quem & Regem Magnum fuisse lapis negat, & eundem facit patrem Berenices: nummus autem alter eximius Cimelii Droniani, annum XIV. post patris obitum egisse docet sub Domitiano.

II. *De Julii prænominē.*

Deinde si Julii nomen Agrippa tulit, & Julix Berenice, datum illud procul dubio ei familiæ est, quæ sub Augusto vixit: ut & Sauromatæ regi, cujus apud V. Cl. D. BAUDELLOT nummus exstat ex ære mediocri ΙΟΤΑΙΟΤ ΣΑΥΡΟΜΑΤΟΤ. Sic & Abgarus rex Septimii Severi prænomen a Severo Imp. accepit, ut testis est nummus ejusdem Musei geminus, ex ære minimo: ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΙΑ. ΣΕΠΤΙΜΙΟΣ ΑΒΓΑΡΟC. & ΒΑΣ. Α. ΑΙΑ. ΣΕΛΑΒΓΑΡΟC. Ergo & Agrippæ istius pater Julius Agrippa pariter fuit: & avus quoque Julius: quo de nomine tamen nullum apud Josephum vestigium est. Familia gentis Herodum altera, quæ mansit Athenis, Tiberii Claudii similiter postea nomen accepit, ut lapides testantur, quos alias appellabimus.

Quid si avus autem Agrippæ junioris ex eo fuisse potius Philippus tetrarcha agnoscutur, quam Herodes alter? Nam Philippus certe potius ab Augusto Cæsare, cui Cæsaream Paneados ultro dederat, in Julii nomen videri debet adscitus, quam Herodes tetrarcha, qui neque ullo numismate se *Φιλοῦλίον* professus est, aut clientem vel socium Augusti, neque ullo ei dato in oppignerationem fidei oppido suæ ditionis. Fuit igitur Philippi filius Agrippa prior, non Herodis. Nam si Philippum apparet Julium fuisse, Herodem autem plane liquet Julium non fuisse: extra controversiam debet videri, Julii Philippi potius filium fuisse Julium Agrippam, quam Herodis, qui Julius non fuerit. Agrippæ igitur, quod consecrarium ex eo videtur esse, (conjecturas enim quidem aliquas subinde hic adspargimus: sed quas viri prudentes, uti remur, intellecturi sint, non habere modo per se plurimum probabilitatis, verum etiam cum iis, quæ ex sacris litteris, nummis ac lapidibus certa esse posuimus, necessario apta esse atque connexa:) Agrippæ igitur priori, inquam, tunc adhuc infanti, cum Philippus pater e vivis abiret, anno Christi XXXII. non licuit per ætatem adire patrias possessiones. Quæ causâ permovit Herodem tetrarcham patrum, ut fratris uxorem duceret, gereretque se vulpes astuta, pro tutore pupilli: ac tutelæ specie alienam quoque tetrarchiam administraret cum potestate. Verum eo ipso post annos decem pariter extincto, necdum Agrippa pubertatis annos egresso, dilata ei in annum bisque Christi LI. ætatis suæ fere XXV. utraque possessio est, tetrarchia nempe gemina, patris ac patru, Claudio annuente: ex quo Agrippa Magnus Rex, idemque *Φιλοκλαύδιος* est appellatus, professus se clientem pariter familiæ Claudie sub Claudio & Nerone privigno. Itaque Berenice cum *ἐκγονος* fuisse dicitur Magnorum Regum, intelligi Magnos Reges duos o-

portet, avum Agrippam, & proavi fratrem Herodem: illius quidem ut neptis fuerit, istius autem ex fratre proneptis: nam utriusque ditio ad eam hereditate venit.

III. De patria Herodis.

Tertia de Herodis patria disquisitio est. *Ævo Marci Tullii Herodum familiam Athenis in primis nobilem fuisse, ex epistolis ad Atticum intelligimus, ut antea dictum est. At Josephus nihilominus, libro XX. cap. VI. Herodem priorem genere Judæum facit: idemque parum sibi de more constans, libro XIV. cap. 2. Nicolaum Damascenum (quem sibi finxisse adversarium videtur, ne veniret in suspicionem, si solus exstaret ex illis qui de Herodianis rebus scripserunt) hunc, inquam, in Macedonia arguit, qui Judæum Herodem faciat pro Idumæo. Strabo tamen ἀνέρα ἐπιχώριον vocat. Nec Judæum autem, nec Idumæum, sed Palæstinum, id est, Ascalonitam, vetus auctor ait fuisse Herodem Tetrarcham, sub quo Christus est natus; sic enim loquitur libro VII. Γλαφυρῶν in Genesim, pag. 223. negatque ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ fuisse; cum prius idem libro X. de adoratione in spiritu & veritate, pag. 345. Herodem tetrarcham ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ fuisse affirmarit; qui locus conferri præterea potest cum libro 2. Γλαφυρῶν, aliisque locis plurimis, ubi vox ea rursus occurrit. Nemo interim, opinor, me jure culpet, quod veterum quorundam more auctorem de nomine non appellem; cum illud venia multo justiore fiat, quam quod ipse sacrorum librorum scriptores similiter tacito nomine indicat; nunc ea formula usus, κατὰ τὸ ὑπὸ τῆς καλῶς εἰρημένον, ut est pulcre dictum a quodam, cum Sapientiam Salomonis: nunc ista, ὡς περ τις τῶν ἀρχαιοτέρων, cum Amos prophetam intelligat, dialogo VII. de S. Trini.* - 649.

Nec aliud existimaret ipse, ut arbitror, aliive, quorum similiter nomina dissimulamus, nisi vicem nunc sibi quamdam rependi. * Sed ad propositum revertamur.

Ascalonitam pariter vocant Herodem, sub quo passus est Christus, Judæi in Dialogo cum Tryphone, pag. 211. Quorsum autem homo Ascalonita, vel Idumæus, vel Judæus, aut ejusdem liberi ac nepotes, Atheniensium illo ævo *εὐεργέται* forent, cum ad tutelam regni Judaici licita una esset cum Romanis societas & amicitia, Atheniensium opera inutili? In promptu autem e diverso causa est hujus *εὐεργεσίας*, si Atticus Herodes fuit. Nam erga patriam esse aliquem beneficum & liberalem, ac memorem originis suæ, & est in laude ponendum, nec est præter niorem. An igitur Atticus Herodes ut existimetur, satis argumenti est in hoc lapide Sponiano? Nam is Josepho ac socii latuit, ut videtur. *Ἀναθήματα* quædam certe Josephus, lib. 1. de bello, cap. XVI. Atheniensibus aliisque collata commemorat: sed quæ vix titulum *εὐεργέτης* mereri videantur: neque immerito ficta existimari possint ad effigiem principis munificentissimi: tum quod nulla causa satis idonea afferri potest adeo effusæ largitionis erga tot civitates, quorū ibi recensentur: tum quod in hoc lapide solī Magni Reges *εὐεργέται* Atheniensium fuisse dicantur: nec appelletur autem Rex Magnus Herodes prior in altero lapide antea laudato, nec re ipsa fuerit, ut diximus: cum Judæam tantum obtineret, ut sacri duo scriptores docent, Matthæus & Lucas: Neque enim arbitramur, posse quemquam sine scelere affirmare, minus accurate locutos fuisse: ac regem Judææ Herodem dixisse tantummodo, quamvis rex esset totius Israelis, aliarumque ditionum. Hoc esset enim dicere, tam parum considerate locutos, quam si quis rem aliquam nuper gestam sub rege Hispaniarum scriptis proditurus, narrationem exordiretur ab his

portet, avum Agrippam, & proavi fratrem Herodem: illius quidem ut neptis fuerit, istius autem ex fratre proneptis: nam utriusque ditio ad eam hereditate venit.

III. De patria Herodis.

Tertia de Herodis patria disquisitionis est. *Ævo Marci Tullii Herodum familiam Athenis in primis nobilem fuisse, ex epistolis ad Atticum intelligimus, ut antea dictum est. At Josephus nihilominus, libro XX. cap. VI. Herodem priorem genere Judæum facit: idemque parum sibi de more constans, libro XIV. cap. 2. Nicolaum Damascenum (quem sibi finxisse adversarium videtur, ne veniret in suspicionem, si solus exstaret ex illis, qui de Herodianis rebus scripserunt) hunc, inquam, macedoniam arguit, qui Judæum Herodem faciat pro Idumæo. Strabo tamen ἀνέρα ἐπιχωρίον vocat. Nec Judæum autem, nec Idumæum, sed Palæstinum, id est, Ascalonitam, vetus auctor ait fuisse Herodem Tetrarcham, sub quo Christus est natus; sic enim loquitur libro VII. γλαφυρῶν in Genesim, pag. 223. negatque ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ fuisse: cum prius idem libro X. de adoratione in spiritu & veritate, pag. 345. Herodem tetrarcham ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ fuisse affirmarit; qui locus conferri præterea potest cum libro 2. γλαφυρῶν, aliisque locis plurimis, ubi vox ea rursus occurrit. Nemo interim, opinor, me jure culpet, quod veterum quorundam more auctorem de nomine non appellem: cum illud venia multo justiore fiat, quam quod ipse sacrorum librorum scriptores similiter tacito nomine indicat: nunc ea formula usus, κατὰ τὸ ὑπὸ τῷ καλῶς εἰρημένον, ut est pulcre dictum a quodam, cum Sapientiam Salomonis: nunc ista, ὡσπερ τις τῶν ἀρχαιοτέρων, cum Amos prophetam intelligat, dialogo VII. de S. Trini.* - 649.

Nec aliud existimaret ipse, ut arbitror, aliive, quorum similiter nomina dissimulamus, nisi vicem nunc sibi quamdam rependi. * Sed ad propositum revertamur.

Ascalonitam pariter vocant Herodem, sub quo passus est Christus, Judæi in Dialogo cum Tryphone, pag. 211. Quorsum autem homo Ascalonita, vel Idumæus, vel Judæus, aut ejusdem liberi ac nepotes, Atheniensium illo ævo *εὐσεβέται* forent, cum ad tutelam regni Judaici licita una esset cum Romanis societas & amicitia, Atheniensium opera inutuli? In promptu autem e diverso causa est hujus *εὐσεβείας*, si Atticus Herodes fuit. Nam erga patriam esse aliquem beneficum & liberalem, ac memorem originis suæ, & est in laude ponendum, nec est præter morem. An igitur Atticus Herodes ut existimetur, satis argumenti est in hoc lapide Sponiano? Nam is Josepho ac socii latuit, ut videtur. *Ἀναθήματα* quædam certe Josephus, i. 101. de bello, cap. XVI. Atheniensibus aliisque collata commemorat: sed quæ vix titulum *εὐσεβείας* mereri videantur: neque immerito ficta existimari possint ad effigiem principis munificentissimi: tum quod nulla causa satis idonea afferri potest adeo effusæ largitionis erga tot civitates, quor ibi recensentur: tum quod in hoc lapide soli Magni Reges *εὐσεβέται* Atheniensium fuisse dicantur: nec appelletur autem Rex Magnus Herodes prior in altero lapide antea laudato, nec re ipsa fuerit, ut diximus: cum Judæam tantum obtineret, ut sacri duo scriptores docent, Matthæus & Lucas: Neque enim arbitramur, posse quemquam sine scelere affirmare, minus accurate locutos fuisse: ac regem Judææ Herodem dixisse tantummodo, quamvis rex esset totius Israelis, aliarumque ditiorum. Hoc esset enim dicere, tam parum considerate locutos, quam si quis rem aliquam nuper gestam sub rege Hispaniarum scriptis proditurus, narrationem exordiretur ab his

I. *De gemino Agrippa.*

Multa se hic offerunt haud leviter consideranda. Primum est de Agrippa gemino. Agrippæ Magni Regis filiam Berenicen fuisse Josephus ait, negat lapis descriptus a Sponio, dum Regis filiam solum vocat, non Magni Regis: & idem eos solummodo, quorum illa *ἐκγονος* fuit, hoc est, neptis proneptisque, Magnos Reges appellat, avum ac proavi fratrem: Agrippam priorem scilicet, & Herodem tetrarcham. Agrippa igitur geminus fuit, si Josepho neglecto, lapidi uni nummoque credimus: alter, quem Regem Magnum fuisse nummus prædicat: alter, quem & Regem Magnum fuisse lapis negat, & eundem facit patrem Berenices: nummus autem alter eximius Cimelii Droniani, annum XIV. post patris obitum egisse docet sub Domitiano.

II. *De Julii prænomine.*

Deinde si Julii nomen Agrippa tulit, & Juliæ Berenice, datum illud procul dubio ei familiæ est, quæ sub Augusto vixit: ut & Sauromatæ regi, cujus apud V. Cl. D. BAUDELLOT nummus exstat ex ære mediocri ΙΟΥΑΙΟΥ ΣΑΥΡΟΜΑΤΟΥ. Sic & Abgarus rex Septimii Severi prænomen a Severo Imp. accepit, ut testis est nummus ejusdem Musei geminus, ex ære minimo: ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΙΑ. ΣΕΠΤΙΜΙΟΣ ΑΒΓΑΡΟΣ. & ΒΑΣ. Δ. ΑΙΑ. ΣΕΠ. ΑΒΓΑΡΟΣ. Ergo & Agrippæ istius pater Julius Agrippa pariter fuit: & avus quoque Julius: quo de nomine tamen nullum apud Josephum vestigium est. Familia gentis Herodum altera, quæ mansit Athenis, Tiberii Claudii similiter postea nomen accepit, ut lapides testantur, quos alias appellabimus.

Quid si avus autem Agrippæ junioris ex eo fuisse potius Philippus tetrarcha agnoscitur, quam Herodes alter? Nam Philippus certe potius ab Augusto Cæsare, cui Cæsaream Paneados ultro dederat, in Julii nomen videri debet adscitus, quam Herodes tetrarcha, qui neque ullo numismate se *Φιλοῦλίον* professus est, aut clientem vel socium Augusti, neque ullo ei dato in oppignerationem fidei oppido suæ ditionis. Fuit igitur Philippi filius Agrippa prior, non Herodis. Nam si Philippum apparet Julium fuisse, Herodem autem plane liquet Julium non fuisse: extra controversiam debet videri, Julii Philippi potius filium fuisse Julium Agrippam, quam Herodis, qui Julius non fuerit. Agrippæ igitur, quod consecrarium ex eo videtur esse, (conjecturas enim quidem aliquas subinde hic adspargimus: sed quas viri prudentes, uti remur, intellecturi sint, non habere modo per se plurimum probabilitatis, verum etiam cum iis, quæ ex sacris litteris, nummis ac lapidibus certa esse posuimus, necessario apta esse atque connexa:) Agrippæ igitur priori, inquam, tunc adhuc infanti, cum Philippus pater e vivis abiret, anno Christi XXXII. non licuit per ætatem adire patrias possessiones. Quæ causa permovit Herodem tetrarcham patruum, ut fratris uxorem duceret, gereretque se vulpes astuta, pro tutore pupilli: ac tutelæ specie alienam quoque tetrarchiam administraret cum potestate. Verumtò ipso post annos decem pariter extincto, necdum Agrippa pubertatis annos egresso, dilata ei in annum usque Christi LI. ætatis suæ fere XXV. utraque possessio est, tetrarchia nempe gemina, patris ac patru, Claudio annuente: ex quò Agrippa Magnus Rex, idemque *Φιλοκλαύδιος* est appellatus, professus se clientem pariter familiæ Claudie sub Claudio & Nerone privigno. Itaque Berenice cum *ἐκγονος* fuisse dicitur Magnorum Regum, intelligi Magnos Reges duos o-

portet, avum Agrippam, & proavi fratrem Herodem: illius quidem ut neptis fuerit, istius autem ex fratre proneptis: nam utriusque ditio ad eam hereditate venit.

III. De patria Herodis.

Tertia de Herodis patria disquisitio est. *Ævo Marci Tullii Herodum familiam Athenis in primis nobilem fuisse, ex epistolis ad Atticum intelligimus, ut antea dictum est. At Josephus nihilominus, libro XX. cap. VI. Herodem priorem genere Judæum facit: idemque parum sibi de more constans, libro XIV. cap. 2. Nicolaum Damascenum (quem sibi finxisse adversarium videtur, ne veniret in suspicionem, si solus exstaret ex his, qui de Herodianis rebus scripsissent) hunc, inquam, mendacii arguit, qui Judæum Herodem faciat pro Idumæo. Strabo tamen ἀνέρα ἑσπιχώριον vocat. Nec Judæum autem, nec Idumæum, sed Palæstinum, id est, Ascalonitam, vetus auctor ait fuisse Herodem Tetrarcham, sub quo Christus est natus; sic enim loquitur libro VII. Γλαφυρῶν in Genesisim, pag. 223. negatque ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ fuisse: cum prius idem libro X. de adoratione in spiritu & veritate, pag. 345. Herodem tetrarcham ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ fuisse affirmarit: qui locus conferri præterea potest cum libro 2. Γλαφυρῶν, aliisque locis plurimis, ubi vox ea rursus occurrit. Nemo interim, opinor, me jure culpet, quod veterum quorundam more auctorem de nomine non appellem: cum illud venia multo justiore fiat, quam quod ipse sacrorum librorum scriptores similiter tacito nomine indicat; nunc ea formula usus, κατὰ τὸ ὑπὸ τῆς καλῶς εἰρημένον, ut est pulcre dictum a quodam, cum Sapientiam Salomonis: nunc ista, ὡσπερ τις τῶν ἀρχαιοτέρων, cum Amos prophetam intelligat, dialogo VII. de S. Trini.* 649.

Nec aliud existimaret ipse, ut arbitror, aliive, quorum similiter nomina dissimulamus, nisi vicem nunc sibi quamdam rependi. * Sed ad propositum revertamur.

Ascalonitam pariter vocant Herodem, sub quo passus est Christus, Judæi in Dialogo cum Tryphone, pag. 211. Quorsum autem homo Ascalonita, vel Idumæus, vel Judæus, aut ejusdem liberi ac nepotes, Atheniensium illo ævo *εὐεργέται* forent, cum ad tutelam regni Judaici licita una esset cum Romanis societas & amicitia, Atheniensium opera inutili? In promptu autem e diverso causa est hujus *εὐεργεσίας*, si Atticus Herodes fuit. Nam erga patriam esse aliquem beneficum & liberalem, ac memorem originis suæ, & est in laude ponendum, nec est præter morem. An igitur Atticus Herodes ut existimetur, satis argumenti est in hoc lapide Sponiano? Nam is Josepho ac sociis latuit, ut videtur. *Ἀναθήματα* quædam certe Josephus, libro I. de bello, cap. XVI. Atheniensibus aliisque collata commemorat: sed quæ vix titulum *εὐεργέται* mereri videantur: neque immerito ficta existimari possint ad effigiem principis munificentissimi: tum quod nulla causa satis idonea afferri potest adeo effusæ largitionis erga tot civitates, quot ibi recensentur: tum quod in hoc lapide soli Magni Reges *εὐεργέται* Atheniensium fuisse dicantur: nec appelletur autem Rex Magnus Herodes prior in altero lapide antea laudato, nec re ipsa fuerit, ut diximus: cum Judæam tantum obtineret, ut sacri duo scriptores docent, **Matthæus & Lucas**: Neque enim arbitramur, posse quemquam sine scelere affirmare, minus accurate locutos fuisse: ac regem Judææ Herodem dixisse tantummodo, quamvis rex esset totius Israelis, aliarumque ditionum. Hoc esset enim dicere, tam parum considerate locutos, quam si quis rem aliquam nuper gestam sub rege Hispaniarum scriptis proditurus, narrationem exordiretur ab his

verbis, *Fuit in diebus Caroli Regis Murcie*: si quidem Judææ vocabulum quo ævo scriberent, tum iisdem ipsis, tum aliis testibus, tribum unam & alteram dumtaxat complectebatur, cum parte Samariæ: non Galilæam & reliquas ditiones, quas Herodi suo Magno Josephus adsignat: ac ne Jerusalem quidem ipsam in Evangelio Joannis, cap. III, 22. Sed si profecta sunt aliqua ab Herode munera ad Athenienses, cur beneficia Herodis alterius, & Agrippæ prioris erga eosdem Josephus prætermisit, cum istorum ætas multo ipsi propior fuerit, debueritque esse idcirco notior?

IV. De Berenice.

Quarta esse potest de Berenice quæstio, quamobrem Magna Regina Berenice in Sponiano lapide nuncupetur. Quoniam, opinor, geminæ ditionis, Galilææ nimirum, & Trachonitidis cum Ituræa, sceptrum obtineret. At silent historici. Sane: silent enim & de tetrarcha, qui anno Christi CLXXII. Ituræam tenebat, & Trachonitidem regionem: cum illius effigies in nummo Cæsareæ Paneados, sive Cæsareæ Philippi, cernatur, e Cimelio Viri Clariss. D. DRON, capite diademato, absque epigraphe. Absit enim ut quisquam suspicetur cum Norisio, pag. 376. Commodi Cæsaris caput esse. Nam quis vel Cæsaris vel Augusti diadematum caput in nummis vidit, aut gemmatum, ante Constantinum, annumque CCCXXV? Itaque silentibus tum de Berenice, tum de illo principe historicis, lapides & nummi loquuntur.

V. De Herodianis.

De Herodianis similiter loquuntur sacri scriptores, de quibus altum apud Josephum silentium est: Cur autem de his

his flet? Res enim alicujus certe momenti fuit, eoque nomine etiam a nobis hoc loco perstringenda, quod intelligimus a nemine adhuc de ea dictum satis apposite. Horum mentio primum occurrit apud Matthæum, cap. XXII, 16. ubi Pharisei cum Herodianis, hoc est, Judæi qui se immunes a tributo esse optarent, cum ethnicis Φιλοκλαυδίοις, qui Cæsari pendi tributum vellent: Christum tentantes, *ut caperent eum in sermone*, sciscitantur ab eo, *licet censum dare Cæsari, an non?* Nam si affirmasset, Judæi illum quidem pro Christo non agnoscerent: qui non modo non libertatem, qualem ipsi sperabant, Judæis afferret, sed duram sub gentilibus principibus servitutem pensionemque tributi gravissimam approbaret. Si negaret autem, *Greci traderent illum principatui & potestati præsidis*, ut ait Lucas, cap. XX, 20. tamquam auctorem rerum novarum adversus Cæsarem, ac læsæ majestatis reum. Monet deinde Christus, Marci VIII, 15. uti caveatur *a fermento Phariseorum & fermento Herodis*: quod Matthæus sic retulit, *Cavete a fermento Phariseorum & Sadduceorum*: subjecitque interpretationem fermenti, perversitatem doctrinæ. Illis enim temporibus in Judæa & Galilæa, ac multo antea, nempe ex quo fere in eas regiones Græcanica se peregrinitas infudit, ingens de resurrectione disceptatio fuit: Phariseis *resurrectionem futuram justorum & iniquorum prædicantibus*, negantibus Sadducæis. Testis est Paulus in Actis, cap. XXIII, 6. *Ego Phariseus sum, filius Phariseorum, de spe & resurrectione mortuorum judicor.* Et Lucas V, 8. *Sadducæi enim dicunt, non esse resurrectionem, neque Angelum, neque spiritum. Pharisei autem utraque consentunt.* Ut prius apud Matth. XXII, 23. *Accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt, non esse resurrectionem.*

Apud Marcum pro Ἡρώδης, quidam dicuntur codices Ἡρώδιανῶν habere, quod eodem recidit. Sunt igitur,

ipſo Domino præmonente, Herodiani eadem infecti labe, qua Sadducæi, ac vice verſa. Neque enim teſtes alios, ſi qui ſecus ſentire videantur, in præſenti moramur: ſive quod piget poſt Deum audire mortales: ſive quod iſti ætatis incertæ fortassis, ac per ſe dubiæ fidei ſunt: ſive denique quod neque inter ipſos de Herodianis convenit: neque cogit ulla ratio, ut alterum præ altero aũdiamus. Quanto autem fatius eſt uni Domini ac magiſtri voci adhæreſcere, neque eam ullius conjecturæ fucō adulterare, aut tricis infringere? Græcanica igitur ea ſuperſtitio fuit, quæ neque reſurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum, hoc eſt, neque Angelum, neque Deum ipſum, reſurrectionis magiſtrum ac doctorem agnoſcebat: eſt enim orationis aſcenſus, ab Angelo ad Deum, & eſt πνεῦμα Deus. Quemadmodum Chriſtus ipſe dixit, Joan. IV, 24. πνεῦμα ὁ Θεός, *Spiritus eſt Deus.* Illam profecto ibi Pauli fidem ac Phariſæorum eſſe, cum Sadducæorum placitis pugnantem, ex his verbis conficitur, quæ poſt prius allata ſtatim ſubjiciuntur, verſu 9. *Factus eſt autem clamor magnus. Et ſurgentes quidam Phariſæorum pugnant, dicentes: Nihil mali invenimus in homine iſto. Quid ſi Spiritus locutus eſt ei, aut Angelus?* Spiritus haud dubie idem in hoc verſu, qui & in proxime ſuperiore, cum Angelo conſociatur, ut apparet: quoniam per ſe vel per Angelum loqui Deus homini poſſit ac ſoleat. Nam qui Phariſæi in verſu priore dicuntur *utraq; conſiteri*, Angelum, & Spiritum: iidem ipſi in ſubſequenti Spiritum & Angelum commemorant: eundemque proinde in utraq; ſententia Spiritum, nec diverſum.

Eſt aliud πνεῦμα in ſacris codicibus, aliud τὸ πνεῦμα: tametſi leve ac ſubtile iſtarum vocum diſcrimen eſt, cum de Deo agitur. Nam iſtud quidem τὸ πνεῦμα per ſe Spiritum ſanctum, ex conſequenti vero naturam divinam ſignificat,

cui vis operandi inest : operationemque ab ea profectam, quæ per appropriationem, ut schola loquitur, Spiritui tribuitur. Πνεῦμα autem, divinam per se naturam; nam Spiritus est Deus : ex consequenti vero, personam divinitatis eam, cui operatio tribuitur : sunt enim, ut ejusdem scholæ verbis utamur, actiones suppositorum, quantum ad denominationem attinet. Pugnat porro cum catholica veritate Grotii interpretatio in hunc locum, ubi nomine πνεύματος jubet intelligi quemdam afflatum, qui animum miro modo penetret, quem Græci ἐπίνοιαν vocant. Est enim Socinianæ pestis, quam ille in suis Notis ad libros sacros singulis non dico paginis, sed pæne versibus callidissime occultissimeque ingerit, illud primum placitum, ne τὸ πνεῦμα quidem Spiritus sancti personam usquam significare : sed hunc dumtaxat afflatum quem diximus. Quare in Notis ad hunc locum, monet alia simili sensu loca accipi oportere, tametsi in his omnibus τὸ πνεῦμα legitur, Act. X, 19. XI, 12. 28. XVI, 7. XX, 23. Cujus autem imperitiæ, sive potius malitiæ est, hoc loco non agnoscere perinde Spiritum atque Angelum, intelligentem substantiam declarari : cum uterque ex æquo, Spiritus atque Angelus, & æque uterque proprie loqui dicatur? τί εἰ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ ἄγγελος; Hanc enim vim esse vocis tum Græcæ λαλεῖν, tum Latine loqui, ut in substantiam tantum cadat mente ac ratione præditam, tum pueri norunt, tum tertia Novi Testamenti exempla confirmant. Tamen a malitia Grotius non discedens, ad locum Joannis XVI, 13. Cum venerit ille Spiritus veritatis.... quacumque audiet loquetur, ὅσα ἂν ἀκήσῃ, λαλήσει, ne personam Spiritus sancti agnoscat, illi afflatui quem prædicat, personam legati dicit affingi per prosopopœiam, & λαλεῖν ait Spiritus sancti esse, hoc est, Grotiani afflatus insinuare sive irrepere animis. Et Joannes igitur fere sexagies, & tricies Lucas, hoc est, ubi-

que constantissime, proprio significatu vocis illius usi sunt: semel tantum uterque, sui perpetui moris oblitus, improprio & metaphorico: neque usquam alibi, quam ubi propria vocis acceptio dogmati Sociniano officit? Quis istud autem, nisi e Socini castris aliquis, fieri potuisse existimet? Ne Deum autem hoc loco Grotius agnosceret, causa hæc fuit: (nam alios aliæ causæ perpulere) at is verebatur, ne si Sadducæos Herodianosve fateretur Deum aut nullum verum, aut corporeum coluisse, eoque nomine a sacris scriptoribus repudiatos, atque ab ipsa Synagoga rejectos, se quoque jam tum in illis fuisse prædamnatum fateri cogeretur. Nam ipse corporeum Deum coluit, qualem grex Socini.

Angelum igitur ac Spiritum negavere Sadducæi, hoc est, & Angelum, & Spiritum sustulere, qualem Paulus cum Pharisæis, & nos cum Paulo animis informamus: substantiam nimirum omnis expertem corporis, omniumque affectionum quæ corporis propriæ sunt: quæ non tenuitate solum, aut vi motus celerrima, sed toto substantiæ genere a corpore discrepet. *Pharisæi autem utraque confitentur*, hoc est, geminum resurrectionis magistrum: nempe & Angelum, & Spiritum, sive Deum: quorum ab alterutro edoceri Paulum potuisse iidem suspicantur. *Quid si*, aiunt, *Spiritus locutus est ei, aut Angelus?* Afflatum, sive ἐπινοίαν Grotianam an in Mose saltem, quem propheta hoc ipso quoque habuere, Sadducæi negarent? Minime sane. Sed hunc afflatum esse a Deo Spiritu, quæ vocis istius acceptio est apud Catholicos Doctores, æque atque Grotius, pernegarunt: sive Deum illi corporeum, ut Sociniani: sive, quod multo est verius, naturam illi tantum pro Numine haberent, & Deo Ignoto: cuius *μοναρχίαν* qualemcumque agnoscerent in res omnes, hoc est, in substantiam corpoream. Nam τὸ πᾶν esse corporeum statuebant, cuius partes inferiores a superi-

oribus certa ratione ac lege regantur. Hoc est autem Angelum ac Spiritum, sive Deum reipsa tollere.

De Angelis quidem ait iste Sadducæus id statuisse, quod *Judæorum nonnullos sua quod, etate sensisse Justinus affirmat, ἀτμήτους καὶ ἀχωρίστους Θεῶν δυνάμεις, ἃς ὁ Θεὸς ὅταν βέλῃται, προσηδᾶν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀνασέλλει πρὸς ἑαυτὸν*, nempe in Dialogo cum Tryphone, pag. 280. At illa non Judæorum, sed quorundam ex his, qui Christo nomen dedissent, opinio fuisse ibi dicitur: qui de Verbo similiter ac de Angelis pronuntiarent, ipsum esse Virtutem, quæ ab rerum omnium parente subinde prosiliret, ad eumque peracto opere remearet: nunc Verbum appellari, cum Patris mandata defert ad mortales: nunc gloriam Patris, cum admirabiles quasdam de Deo *ἐπινοίας* animis nostris injicit: nunc aliis nominibus insigniri. Qui si hæretici tunc fuere, prævisse Marcello Ancyrano possunt videri, cui similis de Verbo deliratio tribuitur, libro 2. hæreticarum fabularum, cap. X. Idem objectum olim Origeni fuisse refert Anonymus in Bibliotheca Photii, cod. CXVII. *ἔτι τὰ χερεῖσι ἐπινοιαὶ τῶ ἡῶ εἰσίν.* Quæ sunt profecta haud dubie, ut illa priora ex Dialogo descripta, ab impio dogmate de Deo aut Verbo corporeo. Quod si æque conficta aut temere credita illa in Dialogo hæresis est, atque ista Origeni per calumniam impacta creditur ab Illustrissimo HUETIO Abrincensium Episcopo: id quod aliquando certis rationibus se persuasurum aliquis pollicitus est: quid erit deinde Grotio relictum, quo non suum potius, qui verus error est, in sacris codicibus damnatum defendat, quam istum alterum, qui nec Judæorum fuit, ut ostendimus, nec fortassis ullius sectæ inter Christianos? Quod si qui Angelos somniant, ut quidem ipse vult, esse *ἀτμήτους καὶ ἀχωρίστους Θεῶν δυνάμεις*, iidem, ut de Origene creditum est, censuere esse *ἐπινοίας τῶ ἡῶ*, quod idem prorsus vā-

let aut eodem certe recidit : qui fieri potest , ut Sadducæi Spiritum negarent, si nomine πνεύματος intelligi necesse est hanc ipsam ἐπινοίαν, sive afflatum Grotianum?

Quoniam vero quæ Angelorum , eadem omnino humanorum spirituum conditio atque ratio est , quantum ad secretionem ab omni corpore : de natura similiter atque origine animæ visum est auctori Antiquitatum Judaicarum, Grotioque, & Wolzogenio , Sadducæorum hæresim in eo statuere, quod affirmarent animam esse dumtaxat quamdam corporis humorumque κρᾶσιν, sive temperationem, quæ cum corpore evanesceret atque interiret. Nisi enim ita Sadducæi crederent, non potuit alia eorum esse de animæ natura hæresis, quam quæ ἀρχαιολόγῳ, Grotijque, ac Socini fuit: tenuem esse substantiam, quæ pro sua tenuitate dici incorporea & spiritalis jure possit, divinæ particulam auræ, spiritum natura sua corruptionis expertem, ex æthere vel anima mundi, aliove simili fonte, decerptum : qui non ut quod, sed ut quo vivat : hoc est, qui per se non vivat, sed vitam cum corpore conjunctus efficiat. Ne hic igitur confixus error in sacris litteris crederetur, alium isti longeque diversum Sadducæis affinxere, quem diximus. Tamen in diversas ipsi quoque partes abiere. Nam ille quidem ἀρχαιολόγῳ discedere ex hac vita animum cum quodam perpetuo corpore aut vehiculo, ut Trismegistus, alique, censuit: qui Catholicorum sensa ac voces cum vellent imitari, vitam hoc modo sensumque animis a corpore sejunctis dedere. Isti alterum in corpore corpus perosi prorsus hæc adimunt, ac vivere animos nostros a corpore separatos plane negant: tamen eosdem subsistere nihilominus, hoc est, non interire asseverant. Quare quod est a Salomone pronunciatum, Eccl. XII, 7. *Revertitur pulvis in terram suam unde erat, & spiritus redit ad Deum, qui dedit illum*, pro eo positum est, si

Grotium audimus, quod Euripides cecinit, *Τὸ πνεῦμα δ' εἰς γῆν, πνεῦμα δὲ πρὸς αἰθέρα, redire spiritum ad aethera.* Est enim æther Grotio fons animarum: quem fontem etiam Aristoteli placuisse vetus scriptor prodidit, libro IV. contra Celsum, pag. 202. In priorem illam autem de corpore aut vehiculo animæ hæresim (nunc enim certe Catholici omnes sic appellant) quo sive casu, sive consilio vel errore, veterum quidam impegerint, alterius erit loci exponere, ne uno omnia tempore dicamus, longiusque a proposito evagemur. Posterior, quæ Grotiana, quam nihil ab Herodiana Sadducæaque distet, de origine animæ, nunc est aperiendum: de exitu enim ac sine quanto sit illa peior, & ii intelligunt vel me tacente, qui Socinianæ doctrinæ corpus integrum callent: idemque Grotii virus esse ex libris ipsius didicerunt: & nos ipsi satis aperte pro instituto nunc indicavimus.

An vero decerptam ex æthere, quintave substantia, sive anima mundi, animam humanam Sadducæi negarent, cum id Platonici non negarent? An Angelos minime subsistere, animosque similiter interire cum corporibus, atque in nihilum redire Sadducæi docerent, cum Platonici e contrario permanere contenderent? Nam ut Herodianos a Sadducæis nihil differre Christus admonuit, in hac parte doctrinæ: ita nihil illos a Platonici in eadem dissidere, maxime probabilis ratio persuadet. An enim Herodes Atticus aliam, quam Platonis Attici sectam sequeretur? aut quæ alia, quam Platonis vel similibus dogmata, cum se Græca peregrinitas in Asiam infudit, secum invexisse existimanda est? Atqui & Platonis ipsius, & Aristotelis, & ipsius Pythagoræ sententiæ, *spem Tullio afferunt, 1. Tusc. XXIV. posse animos, cum e corporibus excefferunt, in cælum quasi in domicilium pervenire.* Quod fieri utique non potest, si animus non ὄψις αἰῶν. Et vero nullum esse sensum post mortem, & cum

corporeibus simul animas interire, atque omnia morte deleri, *minuti* tantum quidam philosophi censent, inquit idem, in fine libri de Senectute, & in Lælio num. XV. Pythagorica autem *παλιγγενεσία* post aliquot sæcula, Platonicæque *μετεσσωμάτωσι* statim post exitum, quam hodieque ab Orientalibus permultis retineri aiunt, permansionem pariter animorum tamquam certam ac minime controversam ponit. Nam Democriti, Empedoclis, Aristoxeni, aut Diczarchi deliria, quæ Tullius refert, & quæ sunt eorum simillima, ea quæ Sadducæis a Grotio tribuuntur, nulla gens nisi barbara, nulla certe quamvis exigua in orbe Romano amplexa est.

Animum igitur humanum dici ab Herodianis Sadducæisque oportuit, tenuem esse, decerptamque ex æthere substantiam, quæ pro sua tenuitate præ corpore concreto, quod sub tactum vel sensum cadit, & spiritus appellationem, apud eos, qui proprie spiritum negant, *καταχηρικῶς* obtineat: & incorporeæ substantiæ. Quo sensu fortassis Græcus auctor *εἰς τὴν ἀγίαν ἑσπέρην τῶν αἰῶν*, pag. 402. Christum dixit post ascensionem nunc esse *ἐν ταῖς ἀσωμάτοις χερσίαις ἐν σώματων*. Hujusmodi deinde spirituum humanorum nullam futuram esse cum prioribus suis corporibus novam conjunctionem: nullam, quod idem est, corporum *ἀνάσσειν*: sed vel permixtionem animorum cum æthere, unde sunt delapsi: vel post pœnas persolutas *μετεσσωμάτωσιν*, cum incipient in corpora velle reverti, non priora quidem, sed quæ tunc se offerent, diversa a prioribus. Nam ita Plato, libro X. de Republica, & in Phædone. Quod si ita futurum est, *δانا*, ut Paulus ait, *ἔστιν ἰνάνης ἐστὶν ἡ πίστις ἡμῶν*. His igitur placitis affinia Sadducæi si docuere cum Herodianis: quæ potest esse Grotii vel Socini defensio, ne se prædamnatos cum istis intelligant ac sentiant? *ἀνάσσειν* quidem Grotius cum suis admittit: quamquam qualem istam, & quorum? sed *carcat*

careat sane utcumque hac parte Sadducæorum Herodianorumque labe : alteram de origine animæ ut a se depellat, quod demum effugio consequetur ?

Ex Sadducæis igitur discimus qui sint Herodiani : ex Herodianis vicissim Sadducæi. Nam ex Sadducæis Herodianos colligimus resurrectionem, Angelum, & spiritum negasse : ex Herodianis autem, ecquod genus spiritus in homine, (est autem eadem de Angelo ratio) repudiarent. Nempe illud quod extra corpus positum vere ac per se vivat, nec conjunctum tantum cum corpore, cui motum ac vitam imprimat : quod & sine adminiculo corporis actu intelligat, ametque vel oderit, gaudeat, doleatve, pro eo ut in præmio scilicet, vel pœna fuerit : ac proinde quod appetat atque deposcat resurrectionem, hoc est, reversionem in prius corporis sui domicilium. Nam animi, nisi ita vivunt, ut diximus, præoptare sua priora corpora non possunt, atque adeo neque veram *ἀνάστασιν*, seu proprie dictam resurrectionem : sed in quodcumque illi corpus inciderint, erit ex æquo gratum & jucundum. Quare adversus Sadducæos Herodianosque vera fides duobus istis quasi connexis invicem atque indivulsis capitibus continebatur : quorum alterum si proferretur, intelligi ex eo alterum necesse esset : & spiritus nimirum separatos vivere : & veram priorum corporum resurrectionem ipsis nobisque in expectatione esse. Ex quo gemino dogmate, si tamen geminum est, consequitur pro iisdem spiritibus humanis exorare, sanctam esse salubremque cogitationem, ut a peccatis solvantur, alii citius, serius alii, omnes certe ante resurrectionem : quæ ratiocinatio est sacri scriptoris, 2. Machab. XII, 43. jam tum illo grassante in Judæa pestifero errore, quem eo Græci rerum potiti invexerant.

Rectam hanc fidem de generali mortuorum ad vitam reditu, Pharisei obfirmatis animis tenere contra Sadducæ-

os, teste Paulo, qui se Pharizæorum, ut diximus, filium ea causa vocat. Tametsi istud displicuit olim certo hominum gregi, qui inter pestifera sectæ suæ placita, Christum apparuisse posuere, eo tantum consilio ac fine, ut resurrectionem doceret: non ut pro alienis peccatis satisfaceret: quamvis illi Christum agnoscerent, quod Sociniani negant, ἀληθεία καὶ φύσει θεόν. Resurrectionem igitur si Pharizæi jam olim tenerent eodem quo Paulus sensu atque intellectu, quid Christi adventus mortalium generi profuisset? Hic isti deformandum primo Pharizæorum de resurrectione dogma censuere: quod ἀρχαιολόγος faciendum suscepit, libro 2. de bello cap. VII. deinde in loco Actorum proxime laudato, ἡὸς Φαρισαίων, Paulo ipso invito, & Luca scriptore, spretoque vulgato interprete, vel mutandum in Φαρισαίαις, quod nunc plerique codices habent, interpolati ab ea factione scilicet: vel sive Φαρισαίων, sive Φαρισαίαις legeretur, non tam filium instituto ac fide, quam genere atque ortu, thonuērunt intelligi oportere.

Ut est autem timidus ac suspiciosus error, præsertim in re sua: Herodes tetrarcha, tametsi veram ἀνάστασιν cum Sadducæis Herodianisque suis negaret, tamen diffidens saltem semel opinionî suæ, ubi *audivit famam JESU, ait pueris suis: Hic est Joannes Baptista, ipse surrexit a mortuis, & idcirco virtutes operantur in illo.* Matth. XIV, 2. Hæc ille autem non de suo sensu, sed injecta ab aliorum Judæorum sermonibus suspicione loquebatur, teste Luca, cap. IX, 7. *Audivit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo: & HÆSITABAT, EO QUOD DICERETUR A QUIBUSDAM, Quia Joannes surrexit a mortuis: a quibusdam vero, quia Elias apparuit: ab aliis autem, quia Propheta unus de antiquis surrexit. Et ait Herodes: Joannem ego decollavi: Quis est iste, de quo ego tanta audio? Et quarebat videre eum.* Negabat enim ille

ἀνδραστήριον cum Sadducæis : tunc vero eorum quæ audiebat novitate percussus *hesitabat*, an potius illorum esset veriorque sententia, qui dicerent Joannem esse e mortuis suscitatum : uti ab Elia & Elisæo quosdam fuisse revocatos ad vitam libri sacri prodebant. Nam cum fuisset Christus Dominus ante illum fere annum plerisque ignotus, non alium existimabant esse qui verbum Dei prædicaret ac miracula ederet, quam quem eo fungentem munere paulo ante audierant, ab Herode nuperrime capite damnatum, priusquam de Jesu fama exisset. Itaque ad Joannem, ut putabant, redivivum, omnia referebant : alii ad unum ex prophetis, quem, si Jeremias vel alius foret, surrexisse suspicabantur : si Elias, rediisse.

Quoterant igitur Hierosolymis Sadducæi, Herodiani totidem fuere : sed & multo plures : quoniam præter Sadducæos, qui se Mosaicæ legi cæteroqui profiterentur addiictos, Græci ibi fuere plurimi ab ea lege immunes : quibus Herodianorum inditum nomen est, quod investa jam dudum hæc falsa opinio e Græcia in terram Israel, novum ab Herode priore in Judæa, ac forte ibi tunc primum, robur accepit : nomenque inde sub Herode quoque altero prioris filio perseveravit. Cur autem hæc a Josepho neglecta sunt ac prætermissa ? An sociis quinam Herodiani essent inter se disceptantibus, noluit asserre præjudicium, ne tota fere cohors sequi ducem invita cogeretur ? Cui enim religio non foret, in re tali, quam ille scilicet oculis usurpasset, ab ejusdem decedere sententia ? Quamquam alioqui non debet mirum videri, Herodianos ab eo fuisse prætermisissos, qui de rebus ab Herode tetrarcha Galilææ gestis per annos saltem XLIII. nihil plane prodiderit : perinde quasi ad Judaicam historiam nihil pertinerent : nec de eo fere aliud retulerit, quam incestas nuptias, quas ex sacris libris hausit, exitumque qualem ipse finxit.

VI. De Philippo, & altero Herode, præter tetrarcham,
Herodis Magni liberis; ex Josepho.

Quid aliud denique, nisi & ardens studium texendi progeniem Herodi numerosam, & intemperans illa cupiditas adversandi sacris scripturis, de qua ad annum Christi octavum diximus, Josephum impulit, ut Herodem plane ignotum, Herodis Magni filium, nec ulla tamen vel exigua regni portione donatum a patre, fingeret: cujus uxorem Herodiadem, marito adhuc superstiti, frater ejusdem Herodes tetrarcha duxerit: & Philippum ab isto diversum statueret, quem decessisse sine liberis ait, relicta uxore Salome ficti illius Herodis filia, libro XVIII. Antiq. cap. VII. ubi dedita opera universam describit gentis Herodianæ familiam? Cum scriptor faceret non Herodis, sed Philippi uxorem fuisse Herodiadem diserte affirmet, eamque Herodi tetrarchæ post obitum mariti nupsisse: eo quod afferret nimirum veluti pro dote, sub tutelæ specie ac titulo, tetrarchiam Trachonitidis & Iturææ. Adde quod narrat idem cap. VI. Philippum obiisse anno XX. Tiberii, tetrarchiæ suæ XXXVII. cum dicere debuerit, si secum ipse constare vellet, anno *Tiberii XXII. tetrarchiæ suæ XXXVIII.* ut est a Petavio animadversum. Quis hunc deinde aberrasse miretur in anno obitus Herodis prioris notando, qui in Philippi obitu, in Herodis tetrarchæ scelere, & probro domus Herodianæ describendo, tantopere hallucinatus sit: quæ XXX. fere annis ab ejus ætate propius abfuerit: quæ discernere ab Agrippa rege oportuit? Nam ille quidem libros de bello Judaico prius exaratos, legit comprobavitque epistolis duabus ac sexaginta, si Josepho fides ita narranti in vita sua, pag. 1026. Heu! quot fabulæ comparatæ, tamquam destinæ, fabulis fulciendis? Num igitur adeo parum cognita sua Agrippæ amita fuit? num uterque avi sui frater ignotus adeo, ut connubia inter ipsos affinitatesque permutaret? An illius ergo ævi, quod præ se fert, Josephus existimandus est, post tot & tam insignes errores in Herodiana historia, sexcentosque alios in reliquo opere, a Saliano & aliis adnotatos: & quod caput est, post tot cognationes confictas, post tot contrarias sacræ scripturæ narrationes? Puridum est enim, quod Grotius comminiscitur, ut Josephi honori ac pudori consulat: quem scilicet Herodem Josephus, Marcus ac forte Matthæus Philippum appellant, dictum videri Philippum Herodem, Herodis tetrarchæ fratrem, ab altero Philippo ejusdem pariter Herodis tetrarchæ fratre, & ipso, ut Lucas ait, tetrarcha, diversum.

Sicuti nimirum quem Agrippam Josephus, Lucas Herodem vocat, videri cognominatum fuisse Herodem Agrippam multi dixere. Nam quæ vel tam discors ac dissentiens a vero narratio, vel quæ similiter tam discrepantes sententiæ esse possunt, quæ non hæc via facile componantur? aut quis tam suppositivus scriptor erit, cui non concilietur fides, si talibus effugiis & commentis locus absque teste vel idoneo argumento datur?

Hæc tamen de conscriptis Josephi nomine libris, aliisque capitibus, quæ attigimus, non tamquam totidem effata, planeque decisiva *ἀξιώματα* accipi volumus: quantumvis pro oratorio dicendi genere, quo subinde utimur, secus videri possit nonnullis. Nodi sunt, quos solvendo erudito cuique ac *φιλαλήθει* proponimus: quos si quis salvis Antiquitatibus expediri putet posse, laudabimus ingenium ac felicitatem. Sed novis criminationibus deinde utemur in *ἀρχαιολόγον*. Indicabimus enim quam pravo ille consilio ab Hebraicis codicis calculo discesserit, carmina Sibyllina descripserit, historiam Judithæ Tobixque omiserit, de probatica piscina siluerit: Straboni quædam de Antigono, aliaque, quæ in Strabone non existant, adscripserit: fati necessitatem induxerit: fato ad singula movente, manere in nobis nihilominus bene aut male agendi potestatem pluribus locis docuerit: fatum a faciendo tamquam homo Latinus derivarit, secutus definitionem, qualis habetur libro V. de Civitate Dei, cap. VIII. notationemque Latini nominis potius quam Græci, quod & Salius noster animadvertit: aliaque non pauca ejusdem generis: ex quibus fortassis & totius conscelerati gregis agnoscatur ætas: & si de Sadducæorum hæresi recte conjecimus, novorum Sadducæorum nefaria consilia retegantur. Nemo interim in hisce capitibus, quæ sacrærum codicum, numerorumque, & marmorum auctoritate, adstruimus, scriptores quoscunque opponat, qui Josepho patrocinari, vel ejusdem operi videri possint fidem adserere vetustatis: sive eorum ipsorum *αὐθεντία*, ac forte *γνησιότης* venire possit in controversiam, sive pro genuinis ab omnibus vulgo habeantur. Nam quid primum in eo genere quisquam afferat, quod non sit tritum ac pervulgatum? aut quid aliud in præsentī sciscitatur ab eruditis, nisi an Josephus, in his capitibus quæ nunc proponimus, cum sacris codicibus, nummisque, quos testes attulimus nostrarum sententiarum, probe consentiat? Nam horum auctoritati

scilicet scripta quæcumque testimonia concedere
jus & ratio postulat.

INDEX

RERUM ALIQUOT INSIGNIORUM.

A.

AGGARUS rex cum prænominè Seprimii. 55.
 Act. XII. locus explicatur. 55.
 Act. XXIII. 98.
 Æra Afcalonis. 69.
 Æra Afiz receptæ. 9. 10. 18.
 Æra Auguftana. 6. 7. 80.
 Æra Aureliana, & aliæ fimiles. 78.
 Æra Cæfarienfium. 11. 13. 36.
 Æra coloniz Cæfareæ. 16.
 Æra Flaviorum. 18. 78. Eadem Flavio-
 rum æra, vel potius æra coloniz
 Cæfareæ, quæ eadem initio fuit
 cum æra Flaviorum, in Elagabali
 nummo notatur. 18.
 Æra Gazenfium. 70.
 Æra Græcorum. 5. 29. 44.
 Æra Græcorum quibus uti mos fuit. 44.
 Æra Neapoleos Sannariz. 20. 81.
 Æra Sebaftenorum. 18. 80.
 Æra Tiberienfium. 10.
 Æra Tyriorum. 31.
 Agrippa non idem Herodës cognomi-
 natus. 59.
 Agrippa non fuit religione Judæus. 77.
 Agrippæ nummi cur alii funt ipfius vul-
 tus effigie impreffi, alii ea carent.
65.
 Agrippa junior non magnus Rex. 92.
 Anni initium apud Neapolitanos Sama-
 riz. 84. apud Sebaftenos. 19.
 Ara cur pofita in nummis. 7. 20.
 Archelaji nummus nullus eft genuinus.
9. 38.
 Archelais convallis. 9.

Archontis Severus. 61.
 Afcalonis nummi. 69.
 Aureliz coloniz a M. Aurelio Commo-
 di patre. 81.

B

Βασιλεύς an Romanus Imp. 39.
 Berenice Regina Magna. 95.

C

Cæfar, pro Augufto, in Judæa dictus. 9.
39.
 Cæfareæ Augufta Paneas, quæ & Cæfa-
 rea Philippi. 9. 35. 81.
 Cæfareæ Claudia & Germanicia appel-
 lata. 12. 13.
 Cæfareæ Palæftinæ. 6. 31. 37. 45.
 Cæfareæ prima Augufta. 8. 15. 59. 66.
 Cajus Caligula dictus. I M P. non fuit,
49.

Capricornus in nummis quid fignificet.
8.
 Censorino liber adfcriptus de die Nata-
 li. 81.

Chalcis regio, non regnum. 58.
 Chronici quod alii Eusebianum, Hiero-
 nymianum alii vocant, ἀναχρη-
 σιμος annorum decem. 81. alius
 annorum XXIV. 81.

Commodi nummi Græci, non annos æ-
 tatis Commodi, fed annos æræ
 Aurelianæ exhibent. 78.

Cypros in nummis Afcalonis. 70.

D

Damasceni cur æra Græcorum ufi. 44.
 Diodorus Siculus. 69.

E

Ἔθνος Ἰουδαίων. 26.

I N D E X

Ἐπί Βουλίας. 81.

Ethnarchæ titulus. 28. 39.

Eumenii Pacati aliqua defensio. 72.

F

Felix Judææ præfes quo anno. 13. 58.

Fiscus Judaicus. 21. 43.

G

Gazaensium zra. 70.

Gentium sive gentilium civitates in Palestina. 81. 82.

Græci codices sacrorum librorum corrupti ab impia factione. 40. 105.

Grotii error. 40. 99.

H

Herodes Chalcidicus. 58.

Herodes prior, ethnarcha Judææ tantum & Samariæ. 5. 7. 8. 25. 95. De eo fabula ex Talmude. 23.

Herodis ethnarchæ nummus. 4. *Cusus videtur sub annum V.C.DCCXXII.*

Herodes quando rex. 28. 29.

Herodis palmeta. 7.

Parria. 24.

Obitus. 9.

Herodiani. 96.

Herodium toparchia. 7.

Herodes ignorus Herodis M. filius ex Josepho. 103.

Herodes-φιλολαυδίας. 13.

Herodes, de quo in Actis sermo est, Agrippa non fuit. 59. Idem qui Antipas & qui Agrippa vulgo appellatus. 57. Idem tetrarcha, idem postea rex. 11. 47. Quamdiu rex fuit. 49. Non fuit rex Judææ. 54. Non fuit religione Judæus. 54.

Herodis tetrarchæ nummus. 12. annus primus. 8. 47. 84.

Herodiani generis descriptio. 90. 91.

Hierosolyma quo anno capta a Sotio 22. capta a Pompejo. 24.

Historix Augustæ scriptores falsi suspecti. 80.

I

Jacobi vaticinium. 39.

Jedidæus Alexandrinus. 18. 52.

Inscriptio Sponiana. 47. 88. 89.

Inscriptiones supposititix. 67.

Josephi lapsus. 7. 23. 27. 29. 32. 33. 35. 37. 43. 46. 49. 51. 56. 57. 59. 60. 61. 64. 77. 81. 82. 85. 86. &c.

Judæa in sacris literis quid significet. 96.

Judæa provincia, sine rege. 9. 14.

Julias oppidum. 11.

Julius Agrippa, Julia Berenice. 92.

K

Κλαυδιοντιβερίων nummi. 10.

L

Lilium rubens in nummo Herodis. 4. 7. 61.

Lucii Cæsaris Aug. F. nummus. 8.

M

Matth. X, 5. *In viam gentium, &c.* 81. *Μιθριδάτες* qui scribunt, inspecti *rodiens.* 86.

N

Νίω πολιο Græci semper dixerunt: supposititii scriptores *Νεάπολις.* 86.

Neapolis Samariæ. 20. 83.

Neronis nummi. 14. 15. alios similis, *quo anno missus, L. 1Δ. ibid.*

P

Περσίδων in nummis *quid significet.* 10.

Phaselis urbs Stephano credita. 7.

Phaseliticum lilium. 4. 7. 61.

Philippi tetrarchæ annus primus. 8.

Philippus Herodis F. an pater Agrippæ prioris. 92.

φιλολαυδίας Agrippa. 13. 15.

φιλολαυδίας Herodet. 13.

Philonis cum Josepho *αντιολογία.* 50.

R

Resurrectio mortuorum. 97.

Rex magnus Agrippa 15. 64. 87.

S

Sadducæorum hæresis. 98.

I N D E X.

Samaritani nummi. 71.	Tetrarchæ in nummis sine diademate. 5.
Sebastæ Samaritæ. 80. quo anno condita. 6.	Tiberias. 10. 44. §t.
Sebastenorum æra. 18. 19. 30.	Τιβερικλαυδίων nummi. 10.
Seder Holam Zuta. 22. 23.	Tiberii anni ab excessu Augusti in Oriente computati. 10. 45.
Severus Archontius. 61.	Tyriorum nummus. 31.
Sibyllina oracula a Josepho descripta. 109.	V
Sofius Imp. 45. Sofii triumphus de Judæa. 5. 14.	Valentis errata quædam. 74.
Spica, in nummis Judææ. 9. 14. 19.	Varicinium Jacobi. 39.
T	Veri nummus perrarus. 79.
Tabernaculum in nummis Agrippæ. 19.	Uva in nummo Herodis. 4.
20. 37.	Z
Taciti lapsus. 59.	Zenodorus tetrarchia. 5. 27. 29. 44. 84.

P. 7. §. 2. addè, Hinc lilium Phaselidis olim lilium convallium. Cant. 2, 1. Pag. 12. ANNUM 78. poni debere e regione versus a scriptura vacui: annus 79. ex aduerso nummi Vespasiani. Pag. 22. §. 14. lege, Herodem ethnarcham. Pag. 59. §. 7. post verba: Judæa Procuratorem, lege: statuit anno 50. Tacitus anno 52. ac simul Procuratorem Galilæa.

SUMMA PRIVILEGII.

CAutum est diplomate Regio, ne quis in Gallia, intra annos octo, excudat aut dividendat *Chronologiam ex nummis antiquis restitutam*, præter Johannem Anisson, Regiæ Typographiæ Directorem: multa, si quis contra fecerit, indicta. Versaliis, die 7. Novembris, 1692.

NOBLET.

PERMISSIO.

EGO LUDOVICUS GENEVRAT, Provincialis Societatis JESU in Provincia Franciæ, permitto ut P. Joannis Harduini ex eadem Societate *Chronologia ex nummis antiquis restituta*, typis edatur. Flexiæ, die 1. Novembris, 1692.

LUDOVICUS GENEVRAT.







